

[illegible]

QUINTI HORATII FLACCI

VITAM

A C. SUETONIO TRANQUILLO
CONSCRIPTAM

NOVA VERSIONE

[illegible]

[illegible]
[illegible]

[illegible]

Dr. K. J. RICHTER.



IN

QUINTI HORATII FLACCI

VITAM

A C. SUETONIO TRANQUILLO
CONSCRIPTAM

NOTAS VARIORUM

COLLEGIT

SUASQUE ET COMMENTARIUM PERPETUUM
NON SYNOPSIN CHRONOLOGICAM

ADIECIT

Dr. E. J. RICHTER.

ZWICKAVIAE

APUD

RICHTER ET SOC. MDCCCXXX


HARVARDIANA
ET
VE RI TAS
CHRISTO ECCLESIAE
ACADEMIA IN NOV·ANG

IN

QUINTI HORATII FLACCI

VITAM

A C. SUETONIO TRANQUILLO
CONSCRIPTAM

NOTAS VARIORUM

COLLEGIT

SUASQUE ET COMMENTARIUM PERPETUUM NEC
NON SYNOPSIN CHRONOLOGICAM

ADJECIT

DR. E. J. RICHTER.

ZWICKAVIAE
APUD
ICHTER. ET SOC. MDCCCXXX.

M. E. S. G. RICHTERO

PATRI DILECTISSIMO

ET

D. C. L. DE LIEDERSKRONIO

FAUTORI AMICISSIMO

HAS

STUDIORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VOLUIT

AUCTOR.

Quamquam pro certo fere habemus, libellum, quem publici facimus juris, perpaucos modo nacturum esse lectores, tamen, ne ipsi, quid nobis voluerimus, nescii esse videamur, praefanda quaedam esse censemus. Multi enim quum sint, qui illam, in quam commentati sumus, vitam a Suetonio conscriptam esse negent, vitio quidam nobis facile vertent, quod eandem denuo recudendam curaverimus, tantamque notarum copiam adscripserimus. Quibus quidem cum judicia respondebunt virorum pereruditorum*), tum, solis ex illis, quas col-

*) Prae ceteris adscribamus, liceat, quae de vita Horatii, a Suetonio conscripta, vir cl. exhibuit Jani. „Suetonium, ait, Tranquillum constat libellum scripsisse de poetis, quo eorum vitas complecteretur. (v. Isid. Orig. VIII, 7.) Ex eo servarunt viri docti vitas Lucani, Terentii, cet. Jam in codicibus antiquis reperta est vita Horatii, quae diserte tribueretur Suetonio. Eam primus P. Nannius e cod. Buslidiano Miscellaneorum suorum libri III. c. 1. inserue-

legimus, variorum interpretum notis, adnotationibus et sententiis ea denique de Horatio

---

rat. Deinde e cod. Bland. antiquiss. a Bernardino Lauredano acceptam Muretus editioni suae a. 1555. praefixerat, sibique primus edere perperam visus erat. Post et Cruqu. ex eodem cod. edidit. Mendosissima initio erat, sed viri docti post e vetustis MSS. et conjectura pleraque emendarunt, inprimis Rutgersius, Gronovius, Casaubonus, Vossius. Sed essetne ea vita omnino Suetonii, nec ne, dubitatum est. Qui istud defendunt, urgent fere similitudinem dictionis cum stilo Suetonii. Quae licet negari nequeat; tamen admodum infirmum e tali similitudine argumentum est. Illud autem gravius, quod Porphyrion ad Ep. II, 1. pr. scribit: „*Apparet hunc librum hortatu* CAESARIS *scriptum esse. Cujus rei etiam Suetonius auctor est. Nam apud eum epistola invenitur Augusti, increpantis* HORATIUM, *quod non ad se quoque plurima scribat.*“ Hoc inquam plus momenti habet; quamquam et, si durior sis, dicere possis, non ideo necesse esse, ut haec, quam hodie habemus, Horatii vita e Suetonio sit, nam posse nihilo secius Grammaticum seriorem ejus auctorem esse, et modo illud de Augusto e Suetonio sumsisse. Sed vel sic facile adducimur ad rectissimum de hac vita judicium: esse eam omnino a Suetonio, sed grammaticos et librarios monachos, qui illam transscriberent, vel omisisse, in suo quemque exemplo, quaedam, vel alia de suis interpolasse; quod ultimum de infami illo loco de speculato cubiculo certissimum est. Ceterum Porphyrionem etiam vitam Horatii scripsisse, ipse testatur ad Serm. I. 6. 41.“ — Ita Jani, sequutus s. d. Les-

arbitria, quae unquam et usquam a viris doctis statuta sint, commode cognosci posse, ipsi videbunt. Nam multa quamvis et magna sint nomina eorum, qui de Horatio vel plura vel pauciora exhibuerint, libros tamen, ex quibus,

---

singium, q. cf. in l. *Rettungen des Horaz cet. Opp. omn. T. III.* — Repetunt Jani verba Mitscherlichius, Bothius in ed. F. H., recentioresque fere omnes. Inter quos solus cum Vanderburgius, v. cl., adj. quaed., ejusdem verba adscribamus. „Le sentiment le plus probable sur l'auteur de cette Vie d'Horace me paroit être celui de M. Mitscherlich (sc. Jani!), savoir que le fonds en appartient à Suétone, mais qu'elle a été défugurée par les copistes dans tous les Mss. que nous possidons. En effet, le témoignage d'Isidore de Séville et celui de Porphyrion prouvent que Suétone avoit écrit une Vie de notre poéte, et Porphyrion cite même cet historien a l'appui d'un fait qui se trouve rapporté dans celle-ci, dont le style a d'ailleurs beaucoup de ressemblance avec celui de Suétone. D'un autre côté, les interpolations des copistes y sont évidentes, et en particulier celle du fameux passage sur la chambre tapissée de miroirs. M. Mitscherlich (sc. Jani!) ajoute que les copistes, non contens de leurs interpolations, ont aussi fait des retranchemens à louvrage de Suétone, et je crois en avoir acquis la preuve dans mon Ms. I. quoiqu'il ne donne qu'un abrégé de cette Vie, les passages suspects d'interpolations y sont soigneusement conservés.“ —

quae ad scripta ejus minus, quam ad vitam pertineant, ita possis promere, ut non solum cognoscas, quomodo res poetae sese habuerint, sed de iisdem recentiorum quoque sententias, frustra certe quaeres. Itaque factum est, ut aliena multa, propria pauca proferamus. Vera enim potius, quam nova, quum voluissemus exarare, fontes haud dubie, nec vero conjecturas petere debebamus. Eandemque ob caussam tabulas de aetate singulorum poematum chronologicas addere voluimus non nostras, quas facile quidem potuissemus, sed complurium interpretum.*)

Quibus quidem studiorum in primitiis si vana quaedam insunt, et perversa, supervacaneaque, indulgeant, precamur, lectores benevoli.

D. Erlangae d. XV. Aug. MDCCCXXX.

Auctor.

*) Ex his quas complexi sumus sub VARIORUM NOMINE, Baxteri esse, Chabotii, Cuninghamii, Fabricii Ch., Heinsii, Eschenburgii aliorumque complurium, recentiorum praesertim, lectores facile videbunt. —

Quinti

Quinti Horatii Flacci

Vita,

a. C. Suetonio Tranquillo, ut existimatur, conscripta.

Quintus Horatius Flaccus, Venusinus, patre, ut ipse 1

Ad. 1. — *A.* Deest in edd. nonnullis Quintus, in compluribus etiam Flaccus. — pro Venusinus sola ed. Nearov. II. habet Venusia. — pr. *patre* nonnullae edd. *parente*, forsitan ex altera vita, quam cf. infra. — post *ipse* haud pauci exhibuere *quidem*, e. c. ex meis Muretus, Cruquius, Bond. I., Chabotius, Janss., Bond. S., Dacierus, Casaubonus, Baxterus; Langen, Valartus, Ed. Bipont, Jani, Mitsch., Fea, Jaeck, Bothe, Doering, Zell etc. — sed melius mihi *quidem* omisisse videntur: Bentleius, Baumgarten - Crusius, Vanderbourgius etc.; uncis inclusa enim quae sequuntur, huc pertinere nequeunt. — *Tradidit* vult Fea. — *exauctionum* perpaucis modo placet, qui Gesnerum sequuti sunt, e. c. Valart., Ed. Bipont., Jani., Mitscherl., Fea, Jaeck, Doering, Wetzel.: reliqui omnes *exactionum*. — pro *ut vero* l.: Rutgersius *ut vere*, et inde cum Casaub. nonnulli

tradit, libertino et exauctionum coactore. [ut vero

---

ut fere. — *quotiens* pauci pro *quoties.* — solus Chabotius habet *ex altercatione.* — pro *brachio* babent *cubito* Cruquius (in vit. praemissa, in inseq. brachio), Bond. I., Baumg.-Crus., Doering etc. iique omittunt vocem *se.* — pr. *emungentem* multae edd. habent *immungentem*, e. c. Janss., Baxteri, Zeune etc. —

B. Quantum in eo viri docti laboraverint, ut Horatii nominis vestigia ad incunabula usque sequerentur, prae ceteris Georgius Fabricius, Chemnicensis, testis esto. „Horatius, inquit, unde nomen habeat, nondum satis explicatum est. Qui dicunt ab eo, quod est *ὡραῖος*, illis repugnat in origine quantitas: qui a verbo *oro*, quod significat *loquor*, illis eodem modo obstat numerus: qui a verbo graeco *ὀαρίζω*, unde etiam *orationem* derivat Diomedes, illi nimium remota dicunt. Videtur igitur derivatum *ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν*, unde *ὁρατός*. Cum hac etymologia convenit primum syllabae correptio, ut:

Propert. III. Et cecinit Curios fratres, et Horatia pila Ovid. Tr. IV. Detinuit nostras numerosus Horatius aures. — Juv. S. VII. Satur est, cum dicit Horatius euoe. —

deinde orthographia. Scribitur enim cum aspiratione, ut in marmore, quod Venusiae, in patria Horatii, legitur: „C. Optio T. Filio Horatio Legato XII. Cohortis Prim." — item in nummo aeneo, exprimente ipsam *Horatii effigiem*, et ejus lyram, qui sic habet: — „Consensu. Divi. Augusti. — — Horatius. Flaccus." — Horatii nomen idem sonat, quod *aspectabilis*, nam Plato in Timaeo, ubi de Deo loquitur, ipsum videlicet fecisse *ζῶον ἓν ὁρατόν*, id Cicero de universitate vertit, *animal unum aspectabile*, seu (ut idem in Officiis loquitur), spectatu dignum. Ibidem *οὐρανὸν* esse ait *ὁρατὸν καὶ ἁπτόν*, quod sub aspectum et tactum cadat. Item *θεοὺς ὁρατοὺς καὶ γεννητὰς* Deos vocat, qui videntur, quique orti

creditum est, salsamentario, cum illi quidam expro-

sunt, qui sub aspectum veniunt, et (ut Plinius) visibiles sunt atque corporei. Georg. Fabric. *Chemnic. in ed. opp. omn. Hor.* Lips. MDIIC. in additamm. — — Locum incunabulorum Patriamve Noster habuit Venusiam, (hinc Juvenal. Sat. I, 51. Nostri Satyras sic indigitat: „haec ego non credam Venusinâ digna lucerna?") Dauniorum coloniam, [cf. Plin. Hist. L. III, 11. Strab. L. VI. Vell. Pat. L. I, 14.] — (unde Dauniae decus camenae se vocat, Od. IV. 6.) — anno U. C. CDLXII. deductam, in confinio Apulorum Lucanorumque ita sitam, ut ambiguum esset, ad quos potius pertineret, ipsomet teste. (Sat. L. II, 1, 34—38.) Proximus erat mons Vultur, at in Peucetia, quae altera Apuliae pars: (Od. III, 7, 9—13.) et de aliis propinquis patriae locis cf. Od. II, 6. Cum autem Apuliae contermina esset Calabria, hinc Martiali, poetica certe licentia, Noster dicitur Calaber. (L. VIII, 18.) sc.: „sic Maro nec Calabri tentavit Carmina Flacci." Masson *Vit. Hor. aet. ann. I.* — Eadem habet Jani in Vit. Hor. ad ann. dig. — repetit ejusdem verba Mitscherl. ibidem, — sequuntur recentiores fere omnes. — — De Horatii gente nihil constat, nisi fuisse eum, quod et ipse prodit, libertini generis, et patria Venusinum: crediderim etiam domo Graecum, quod nusquam Romano more in Graeculos desaeviat, imo quandoque eos collaudet, vel Romanis suis anteferat. Baxter. — Assentitur, verbis collaudatis, ad h. l. Valartus. — —

Pertinet huc Sat. I. 6, 45. — et: „hinc pauperum parentum sanguinem se vocat," addit Doering. — — Cela est en propres termes dans la Satyre VI, du Livre I, v. 45. „Nunc ad me redeo libertino patre natum," et dans le vers 84—87. —

Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret olim,
Si praeco parvas, aut, ut fuit ipse, coactor,
Mercedes sequerer.

brasset in altercatione: „quoties ego vidi patrem tuum

Dacierus. Ed. omn. opp. Tom. X. ad fin. — — Generis sui obscuritatem Horatius nequaquam dissimulavit, ultro fassus, se nec ingenuo, nec claro patre natum, sed Libertino, vita tamen et pectore puro, ut S. I, 6, l. l.

Nunc ad me redeo libertino patre natum,
Quem rodunt omnes libertino patre natum.

His vero temporibus Libertinus dicebatur, qui ante servus, at postea manumissus fuerat, adeoque idem, ac libertus. Sed superioribus saeculis Liberti vocabantur, quijam erant manu missi, Libertini autem, qui ex istis nati. (cf. Sueton. Claud. 24.) Itaque Flaccus noster Libertini, seu servi manu missi filius erat; at non ingenui filius ac Liberti nepos, uti male Torrentius et Dacierus existimabant. Quin etiam se primum, non vero patrem, fuisse ingenuum, ipsemet satis indicat l. l.

Non quia, Maecenas, Lydorum quidquid Etruscos
Incoluit fines, nemo generosior est te:
Nec, quod avus tibi maternus fuit, atque paternus,
Olim qui magnis legionibus imperitarint:
Ut plerique solent, naso suspendis adunco,
Ignotos, ut me, Libertino patre natum:
Cum referre negas, quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus. —

Horatius ergo, patre jam Libertate donato, primam lucem vidit, siquidem, pro hujus aevi consuetudine, Ingennus est, qui statim, ut natus est, liber est, uti Jurisconsulti definiunt. Masson. *Vit. Hor. ad aet. ann. I.* — — Praecones dicebantur, qui stabant ad hastam, et enunciabant pretia allata: Coactores autem mercenarii erant eorum, qui habebant argentariam: Argentarii, qui habent summam rerum venalium. Coactores etiam dicuntur argentarii in auctionibus, quia pecunias cogant, qui et collectarii nominabantur. Ar-

brachio se emungentem?"]

---

gentarium etiam dicimus, qui summum habet olivarum et rerum similium, a quo accipiunt foranei. Coactor, qui exigit nummos a circumforaneis. *Commentator Cruquii ad* Sat. I, 6, 86. — — Patris munus et officium nobis filius poeta digito monstrat Sat. I, 6, 85—87. — „Nec timuit-sequerer." — Hunc locum ob oculos habuisse videtur Suetonius, vel quisquis fuerit Nostri vitae scriptor, narrans, patrem exauctionum coactorem fuisse, i. e. ni fallor, tributorum vectigaliumve collectorem. Hoc enim exactionum voce significatur. (Tacit. Hist. I, 20.) Constat etiam, republica vigente, non secus ac postea sub imperatorum principatu, omnes eas merces, quae ad negotiandum portubus importabantur, et quae in foro venales erant, uti et quae sub hasta licitantibus addicebantur, fuisse vectigali subjectas. Qua de re consulenda d. v. Burmanni (Petri?) de vectigalib. pop. Rom. dissertatio. Hujusmodi vero vectigalis exactio ad Publicanos spectabat, quorum alii erant Equites Romani, alii eorum ministri, qui proprie dicebantur *operas Publicanis dare.* Ex his fuerit Horatii pater, ut qui ab eo dicatur *coactor*, *qui parvas sequeretur mercedes*, i. e. res venales, quas etiam sequebatur *praeco*, hic (l. l.) una cum coactore junctus. Anonymus Cruquii certe varia solum Coactorum genera recenset, nec definit, de quo poeta sit intelligendus. Acronis, si superis placet, locum sic — (sequuntur verba comment. Cruq.) — quidem summus Salmasius emendatum exhibet. Verum haec ex eodem fonte, ac Cruquiana decurrunt, ne dicam eadem fere esse; nec melius litem dirimunt. Ceterum L. Gyraldus ac Georg. Fabricius, viri haud indocti, hallucinantur, dum autumant, Horatii patrem fuisse *Praeconem.* Hoc forsitan ex Flacci Nostri loco superius prolato collegerunt, sed perperam ejus mentem perspexerunt. Masson. *V. Hor. aet. ann. I.* — — —

Laudat commentatoris verba, perpaucis mutatis, additque: „*exauctionum*“ legendum censeo, pro eo, quod erat, *exactionum*. Cur non possit finita et peracta Auctio dici exauctio, uti exaedificatio perfecta aedificatio et exconsul functus consulatu? GESNERUS. — — Sequitur ad verbum VALARTUS. — contra recipit *exactionum*, et adjicit: in l. l. pater Horatii a poeta dicitur coactor, nihil amplius. Recte libri. BOTHE *in Ed. B. G. Z.* — — Pro *exactionum*, quod vulgo legitur, praeclare emendavit Gesnerus *exauctionum*, i. venditionum publicarum, h. finitarum, s. peractarum auctionum; in quibus et praecones essent, h. qui starent ad hastam oblataque pretia enuntiarent, et coactores, h. qui ab his, quibus attributae fuissent, in auctione singulae res, pretium exigendum s. colligendam pecuniam in se reciperent, pacta centesima parte; ut apparet e Cic. Rab. Post. II.; additis vv. „tale munus obierat Horatius pater et inde reculam sibi comparavit. JANI. — Ad verba seqq. Mitscherl. et Bothe in ed. Feae. — — Le text de cette Vie mutilée par les copistes n'étant pas aussi respectable que celui d'Horace, j'ai cru pouvoir adopter la correction de Gessner, *exauctionum* au lieu d' *exactionum*. Elle fait du père d'Horace un huissier aux ventes publiques, au lieu d'un sergent collecteur d'impôts: les premiéres fonctions semblent s'accorder mieux avec celles de *praeco*, huissier-priseur, juré-crieur dans les vantes, qu'Horace attribue lui-même à son père et qui lui sont également attribuées par d'autres Vies d'Horace trouvées dans de vieux Mss. (et nommément par celle que l'on va lire.) VANDERBOURG. — — Horatius patrem habuit libertinum (I. Sat. 6, 6. 45. Ep. I, 20, 20.) qui, postquam cum filio Romam demigraverat, praeco et coactor fuit, (S. I. 6, 86.) cum in regione Venusina macri agelli possessor fuisset (S. I. 6, 71.). PARERGA HORATIANA p. I. — — exa. c. — homine, qui, finita auctione, ab iis, quibus res in auctione attributae fuissent, pretium exigeret et cogeret. DOERING. — — Salsamentarius est

— Bello Philippensi, excitus a M. Bruto, imperatore, 2

proprement ce que les Grecs appelloient ἀλλαντοπώλης, et que nous dissons Charcutier, un homme qui fait et vend toutes sortes de boudins, des saucisses, de cervelas etc. Dacier. — cujus verba repetit Valartus. — — Quod ab antiquo Vitae scriptore subjungitur, patrem Nostri salsamentarium fuisse, fidem apud Xylandrum, Torrentiumque non habet, quod ipse poeta mentionem hujus rei nullam *fecerit*, nec dissimulaturus esset illud scomma, quo illi in altercatione exprobratum: quotiens — emungentem? Quae ratio, fateor, valida satis mihi non apparet, ut illius scriptoris testimonium rejiciamus. Masson. v. Hor. aet. ann. I. — — Sals. est, qui salsamenta facit, vel vendit, ἀλλαντοπώλης. Jani. — repetunt Mitscherl. Bothe. Jaeck. — — C'est la raillerie que s'attiroient d'ordinaire les enfans qui avoient des peres de ce métier là. Ciceron dans le IV Liv. de sa Rhetorique à Herennius (s'il est vray que cet Ouvrage soit de luy:) „Per consequentiam significatio fit, cum res, quae sequuntur aliam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione, ut, si salsamentarii filio dicas, Quiesce tu, cujus pater cubito se emungere solebat.“ Dacier. — — Vereor, ne haec: ut vero — emungentem? a librario sint. Jani. — Ejus verba repetens, addit: recte, id quod vel hiulca oratio arguit. Forte duo panni assuti sunt, primus de salsamentario, cui alius notum illud scomma ex Auct. ad Herenn. adtexuit: Mitscherl. — assentit Doering. — — Ce passage, — (renfermé entre deux crochets) ne peut être q'une interpolation; la plaisanterie qu'il contient, bien qu'assez mauvaise, aura tenté le copiste, et il l'aura prise de la rhetorique à Herennius, où elle est à sa place pour la transporter ici. Vanderbourg.

Ad. 2. — *A.* — pro *excitus* volunt nonnulli secundum librum Puteani apud Rutgersium *exer-*

tribunus militum meruit; victisque partibus, venia impetrata,

---

citus, sed male. — Omisere nonnulli *imperatore*, scribentibus aliis *tribunatus* pro *tribunus* et *militaris* pro *militum*, — post *quaestorium* legunt nonnulli *sibi*.— *B.* — Horace étudioit alors à Athenes. On peut voire ce qu'il raconte luy-même dans la seconde Epitre du Livre second. Dacier. — — Ineunte a. u. c. DCCXI. M. Brutus cum Nostro aliisque comitibus et copiis in Macedoniam abiit, quam provinciam C. Antonius, Marci frater, sortitione, IV. Kal. Decembr. superioris anni facta, obtinuerat, successurus Q. Hortensio, qui exercitum Bruto tradidit. Is autem postea Dyrrachium, ut ceteras occuparet copias, contendit, itinere difficili, nivalique tempestate; prout habet Plutarchus. (Plut. Brut. Dio. lib. 47. Cic. Phil. X. Vell. Pat. II., 62, 73.) Tum praesertim hac in orbis parte palam ad arma itum est. Tum adeo Horatius, Brutum sequuntus, Tribunatum militarem ab eo accepit. (S. I., 6, 48.)

Quod mihi pareret legio Romana tribuno.

En Horatius primis militiae suae stipendiis integrae legioni praefuit, Tribunatus munere donatus. Quam dignitatem, sub imperatoribus saltem, nonnisi nobiles Senatorum liberi, aut summum ex Equestri ordine viri Laticlavo decorati, statim adipiscebantur. (Suet. II., 38. 5, 25.) Alii vero ad eandem graduatim promovebantur, eruntque varii in singulis legionibus Tribuni, qui cohortibus praeerant. Hinc nata Majorum ac Minorum, atque Laticlaviorum et Angusticlaviorum Tribunorum differentia, passim in scriptoribus et lapidibus antiquis occurrens. Illi continuo primisque auspiciis tales fiebant, hi vero ex labore proveniebant. (Suet. II., 40. VI., 26. VII. X. VIII. X. Gruter. inscr. p. 389. 400.) — Aemulos tanta dignitas Flacco

Nostro creavit, quippe quae non soleret obscuri et libertini generis juvenibus dari. Ideo illum ut libertino patre natum rodebant. Masson. v. Hor. aet. ann. XXIII—XXIV. — — Hinc a M. Bruto, qui, Caesare mense Martis anni u. 709. interfecto, Cretae propraetor anno hoc extremo Athenas venerat, et adolescentes nobiles Romanos, quorum magna multitudo bonarum artium causa ibi erat, sibi adjungebat, in his, referente Plutarcho, Ciceronem filium, deductus interfuit tribunus militum (S. I. 6, 48. Od. II., 7, 2.) proelio Philippensi (Ep. II., 2, 49. Od. II., 7, 9.) a u. 711. commisso, quo uterque dux, Brutus et Cassius, occiderunt, et sic rempublicam triumviris istis, Octaviano, Antonio, Lepido, diripiendam reliquerunt. (Ep. II., 2, 46—49.) Parerg. Hor. Ernesti. p. II. — — Insignis eventus annum. u. c. DCCXII. in Fastis notavit, pugna nimirum, qua Brutus et Cassius victi ad mortem compelluntur, Horatiusque salutem fuga quaerit. Hinc Noster ad Pompejum, commilitonem: (Od. II., 7, 4—8.)

Tecum Philippos, et celerem fugam
Sensi, relicta non bene parmula,
Cum fracta virtus, et minaces
Turpe solum tetigere mento.

Duplici autem praelio ad Philippos certatum esse, produnt Historici. Priore utraque pars et vicit et victa est, ut habet Dio, captaque sunt hinc Caesaris castra, inde Cassii. Ex hac procul dubio secunda pugna fugit Horatius cum aliis fere omnibus Bruti militibus, quos, postquam fortiter pugnaverant, fugientes, uti narrat Dio, in diversas partes insequuti victores, neque occiderunt quemquam, neque ceperunt; sed tantum circumsessis, ut singuli se fuga in alia atque alia loca proripuerant, iterum coeundi inter se facultatem ademerunt. Unde liquet, Nostri solius culpam non fuisse, quod clypeum, ut celerior fieret fuga, objecerit, licet fateatur, relictam non bene parmulam esse; cum id semper militi probrosum et turpe fuerit, ut variis exemplis commentatores probant. Quin etiam

significare videtur, se tum demum pugnam reliquisse, cum *versa acies* retro (IV., 3.) et *fracta* fuisset virtus, atque fortissimi viri procubuissent, cruentam mandentes humum. Non enim aliud bellum cruentius caede clarissimorum virorum fuit, auctore Vellejo. (II., 71.) — Nostrum vero rem fortiter, et quidem pluries aute hanc exitialem Bruto pugnam egisse, patet ex illis ad eundum Pompeium sodalem: (Od. II., 7.)

O saepe mecum tempus in ultimum
Deducte, Bruto militiae duce etc.

Maximis, ait, sese periculis et morti dimicando *saepe* fecerant obnoxios. Multoties enim Bruti copias cum hostibus esse congressas, Historici testantur. Primum circa Apolloniam cum nonnullis C. Antonii cohortibus: deinde cum Liciis etc. Masson. vit. Hor. aet. ann. XXIII. — — C'est ce que signifie scriptus questorius: car scriptus est pour scribatus, Secretariat. On peut voir ce qui este remarqué sur le 36. vers de la Satire VI du Livre II.:

De re communi scribae magna atque nova te
Orabant hodie meminisses, Quinte, reverti.

On peut ajouter aussi à cette remarque ce que Tite Live écrit sur ce sujet dans le chap. 46. du livre IX. et le IX. chap. du VI. livre d'Aulugelle. — (Habet vero cl. v. ad l. l. Sat. II., 6, 36. haec:) Les secretaires, les Greffiers, prioient Horace, de revenir des Esquilies de bonne heure, pour une affaire importante, qui regardoit tout le Corps, et à la quelque interest. Car il estoit du nombre des Greffiers où Secretaires de l'Epargne. Celui qui a écrit sa Vie: venia impetrata, dit-il, scriptum quaestorium comparavit. Car ces Charges de Secretaires étoient ordinairement exercées par des Affranchis, où par de fils d'Affranschis. Et Horace estoit justement comme ce Flavius dont parle Pison dans le III. livre de ses annales: Cn. Flavius, patro libertino natus, scriptum faciebat. Voilá pourquoy Horace dit icy *de re communi*. Mais ses affaires ne le touchoient guere, et

il n'y prenoit pas beaucoup de part. DACIÉRUS. —— Jam vero cum Horatius ex Maecenatis munificentia, quod non desit, haberet, (Ep. II, 2, 52.) i. e. quod satis erat ad honeste beateque vivendum, hinc discere licet, eum, antequam ita ditatus fuisset, Scriptum Quaestorium comparavisse, quod de Nostro Suetonius in Vita prodit: quodque significat, eum scribae munere functum fuisse. Nam, uti viris doctis, (cf. Reinesii Inscr. p. 44. Salmas. ad Sarrov. Ep.) jam notatum, Scriptus idem est, ac Scribatus, seu scribendi officium et professio. Hinc apud Aul. Gell. VI, 9. ex Pisonis annalibus Cn. Flavius, patre libertino natus, dicitur scriptum fecisse, et scriptu sese abdicavisse, ut Aedilis curulis fieret, qui tamen ante Curuli Aedili apparebat. Illud autem Suetonii testimonium Horatius ipse corroborat Sat. II, 6, 36. 37.

De re communi — reverti.

Unde plerique colligunt, poetam e scribarum numero fuisse, quandoquidem scribae de re communi conventum cupiebant. Ut frustra Xylander (Prolegom. de Horat. p. 29. quod, uti et multa insuper alia, tacito nomine, in vita Torrentii, Commentario praefixa, exhibetur), regerat, potuisse scribis rem esse communem, nihil ad Flaccum pertinentem, de qua ejus intercessione et opera apud Maecenatem, Agrippam, Augustum ipsum, opus haberent. Sed haec nimis est verborum Horatii contorta interpretatio; nec ex ea intelligeretur, qua re scribae rogarent Flaccum, ut ad ipsos reverteretur, ut qui potius eum debuissent adire, si ejus intercessione opus illis fuisset. Praeterea animum non adverterat ad illum Suetonii locum, qui poetae verba haud parum illustrat. Plures porro scribarum decuriae in ipsa Urbe Roma fuerunt, distinctae magistratuum nominibus, quibus apparebant. Hinc alii Praetorii, alii Aedilicii, alii Tribunicii, alii Quaestorii dicebantur Scribae, ut videre est apud auctores antiquos, (— Cic. Verr. 5. Plin. Jun. Ep. 12 L. IV. Suet. Vesp. 3. Domit. 9. Aul. Gell. 9, VI. de quibus consule Torrent. in Suet. Claud. c.

I. Vesp. 3. et ad h. l. Theod. Marcil.) atque in lapidibus vetustis, (Gruter. plur. in ll., vid. Jnd. c. p. Reines. Inscr. Clas. VI, n. 88. Cl. XI, n. 14—16. et 120.) ex quibus sex apud Gruterum nobis exhibent Quaestorium scribam, (Grut. p. 174. n. 3. 4. p. 349. n. 1. p. 625. n. 4. p. 643. n. 4. p. 1090. n. 15.) tres alii scribam Librarium Quaestorium tertiae decuriae, vel trium decuriarum. (ll. p. 626. n. 7. p. 627. n. 7. p. 1103. n. 1. vid et Fabrett. Inscr. cap. X, p. 719.) — Ille autem Scribarum ordo etsi honestus, ut testatur Cicero, infra tamen alios ordines fuit; et Quaestoriorum decuria omnium ultima videtur; quippe in infimo Senatorum gradu fuerunt Quaestores, quibus illi apparebant. Plinius tamen (LXXVI, 1.) loquitur de Perusino, Equite Romano, Quaestorio scriba, qui in Asia apparuit. MASSONIUS vit. Hor. aet. ann. XXIV. et XXV. — — Cicero in Verrem (l. l.) clare ostendit, cuivis e libertinis nummulis corrogatis Decuriam Scribarum emere licuisse. GESNERUS. — Eum ad verba sequitur, addita glossa: scriptus quaestorius erat officium quoddam scribae quaestorii: VALART. — Scr. quaest. intelligo munus scribae, a quaestore in decuriam lecti: qui scriptum facere dicitur. cf. Liv. IX, 46. XL, 29. JANI. — Ejusdem verbis addit Massonii l. l. p. 74. et ex poetae opp. l. Sat. II, 6, 36. MITSCHERL. — Sequuntur BOTHE, VANDERBOURG, JAECK etc. — — Venia impetrata concessit Horatius Romam, ibique, quantum amicorum opibus adjutus potuit, fortunarum suarum sedem fixit. Suetonius eum scriptum quaestorium sibi comparasse ait. Scribae erant, qui rationes publicas in tabulas, leges et acta in commentarios referrent, et quae sunt hujus generis alia. Olim non adeo honorificum fuit hoc munus, quia scribae, teste Cornelio, mercenarii habebantur; postea vero honestius erat; quia horum hominum fidei tabulae publicae et pericula magistratuum committebantur. Hinc factum est, ut iis eodem modo, quo equestri dignitate natis, vivere liceret. Successu temporis hoc munus adeo excrevit, numerusque eorum, qui illud

impetrata, scriptum quaestorium comparavit: — ac 3

appetebant, tantus erat, ut eos in decurias scribi oporteret. Liberti plerumque et qui servi fuerant, hujusmodi decurias quaestorias, sive scripta quaestoria, pretio sibi comparabant, ut inde ad equestrem dignitatem pervenirent. Ita Horatius, cum libertino patre natus esset, finita militia, quae male successerat, ut pro equite Romano se gerere possit, scriptum quaestorium emit. Non omnis autem erat in exercendo hoc munere, sed studio poetico, cui a prima juventute deditus erat, quantum poterat, indulsit. J. Ge. Purmannus. cf. *et Parerg. Hor. Ernest. XCIV.*

Ad. 3. — *A.* — sola Bond. VII. omittit *ac.* — ed. Janss. *primum.* — Moecenati haud pauci. — (Mecenas, Moecenas, Mecaenas, Mecoenas et Moecoenas obviam venire, exempl. prob. VV. ll.) — *in gratiam* non vult Fea. deest quoque apud Oudendorpium, Baumg.-Cr. et in ed. Bip. — post *mediocrem jam locum* ponit Cruq. in vit. praem., quae inseq. hab. s. l. — *in horum* pro *in amborum* ex Rutgersio vult Erlerus; ibi tamen non invenies. — pro *dilexerit* male nonnullae edd. *dilexit*, ut Bond. ann. 1811. — *testatur* reposuit Vanderbourg ad codd. mss. suos omnes. Habent tamen jam ante eum h. lect. Baxter, Valart, Fea, — et sequuti sunt: Jaeck, Bothe, Zell, — *monstratur:* habent Muretus, Cruquius, Bond. I. Casaubon. Sivryer, Baumg.-Crusius. — *demonstratur:* Chabotius, Jansson., Bond. S., Dacier, R. Bentleius, Lange, Ed. Bip., Jani, Mitscherl., Doering. — pro *illo*, ut videtur err. typ. *isto* habet Mitscherl. — post *epigrammate* multi exhibent: *ubi inquit:* e. c. Cruq., Bond. I., Casaub., Bentl. Baumg.-Cr., Bothe. — pro *tu tuum sodalem Ninnio videas:* permulti: *t. t. sod. nimio*, ut Muretus: — alii *tu Titum sod. Mimo*, ut Cruq. alii *tu tutum.* — alii: t. t. s. *Hinno me*, ut Chabot., — alii: t. t. s. *Minno me*, ut Baxt., — alii: *Tibi sodalis*

primo Maecenati, mox Augusto in gratiam insinuatus,

Ginno me, ut Valart. — alii: t. t. s. *Hinnulo*, ut Baumg.-Crus. — (sed plur. de h. l. vid. sub *B* ad. q. l. potius pertinere videntur.) —

B. — De la maniére dont cecy est écrit, on pourroit croire, qu'Horace ne commença à estre connu de Mecenas qu'aprés qu'il eut fait sa paix avec Auguste, et acheté la charge de Secretaire. Mais c'est ce que Suetone ne peut pas avoir écrit: car au contraire ce fut Mecenas qui le servit utilement auprés de ce Prince, et qui luy fit obtenir son pardon, et n'avoir son bien qui avoit este confisqué. Suetone ne parl icy que du temps auquel Horace commença à entrer dans la familiarité de Mecenas, et à estre admis dans sa confidence et dans ses plaisirs. Dacier. — — Ex eo, quod Horatius demum post proelium Philippense canere inceperit, colligunt, eum haud ante annum u. c. DCCXIV in Virgilii Variique notitiam ac amicitiam venisse. Nec enim procul dubio his celeberrimis poetis, quos saepius laudat amicos, ante notus fuit, quam aliquot ingenii poetici specimina dederit. Virgilii autem primum, deinde Varii opera Horatius a Maecenate coram admissus est, ac paulo post amicorum albo inscriptus. (Sat. I., 6, 52 — 63.) Ista vero a. u. DCCXIV., vel proxime insequenti, contigisse, persuaderi nequeo. Etenim verisimile non videtur, Nostrum statim post reditum ita carminibus, quibus tum demum operam navavit, inclaruisse, ut continuo majoribus aetate poetis, atque per eos Maecenati familiaris fieret. Videtur hujus amicitiae familiaritatisque epocha anno demum labenti DCCXVI. affigenda esse. Idcirco (S. I., 6, 58.) *novem* ante mensibus, sc. a. u. DCCXV. currente, vel ineunte proximo, Horatius primum Maecenati notus. Masson. v. Hor. ann. aet. XXIV—XXV. et XXVII—XXVIII. — Huic Suetonii vitae loco cum congruant vitae reliquae omnes,

non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit.

---

earum hic fiat mentio. — — Q. H. Flaccus, libertino patre natus in Apulia, cum matre (al. c. parente) in Sabinos migravit. Quem cum pater puerum Romam misisset in ludum litterarium, parcissimis eruditus impensis, angustias patris vicit ingenio; coluitque adolescens Brutum, sub quo tribunus militum, civili bello, militavit; captusque est a Caesare, et proscriptus; etiam omnibus, quae habebat, direptis. Post multum tempus, *beneficio Maecenatis* non solum servatus; sed etiam in amicitiam acceptus est Caesaris. Quapropter Maecenati et Augusto in omnibus scriptis suis venerabiliter assurgit. Scripsit autem Carm. libr. IV., quintum Epodon, sextum de poetica arte, Epp. libr. II., Sermm. libr. II. Commentati in illum sunt Porphyrion, Modestus, et Helenius Acron melius. — Vitam hanc Cod. antiq. J. Sichardi primum habuit, ni fallimur, ed. Bas. 1527. 4. eamque receperunt, mutatis ac mutilatis multis, recentiores fere omnes. Est haec recensio Feae. — — Horatius Flaccus, poeta lyricus, libertino patre natus, patria Venusia ortus, dubium, Apulus, an Lucanus, ut ipse confitetur: Nam Venusinus erat finem sub utrumque colonus. (II. Sat. I, 35.) Puer admodum Romam cum patre migravit, ut ipse dicit: Romae nutriri mihi contigit atque doceri. (II. Ep. 2, 41.) Quem cum pater misisset in ludum litterarium, parcissimis eruditus impensis, angustias patris vicit ingenio. Athenas petiit juvenis; et ibi interpellantibus sese bellis civilibus, Bruti secutus est partes; a quo militia tribunatus honoratus, non ut ceteri in partibus victis perseveravit. Sed cum carmini incumberet, captus a Caesare, et post magnum tempus beneficio Maecenatis non modo servatus; sed etiam Caesaris in Amicitiam traditus est. Unde in honorem Maecenatis quaedam scripsit; ut: Maecenas atavis edite regibus. (Od.

Maecenas quantopere eum dilexerit, satis testatur illo

I., 1.) Et benivolentiam Caesaris carmine persecutus; ut est illud: Neu sinas Medos equitare inultos, Te duce, Caesar. (Od. I., 2, 51.) Scripsit Lyrica carmina, auctorem secutus Alcaeum; quem in opere suo ita jactat: Aeolium carmen ad Italos deduxisse modos. (Od. III., 30, 13.) Artis poeticae unum; Epistolarum duos. Lucilium secutus est, antiquissimum scriptorem, cujus ita meminit, dicendo, Lucili ritu nostrum melioris utroque. (II. Sat. I., 28.) et Saeculare carmen, quod celebratum publicis votis, foelix futurum posterius omen. — — Ex cod. ms. V. O. 1434., membr. S. XV. 4. et ex alio 1375. a., et chart. S. XV. 4. nec non ex Chisiano membr. in f. hanc recensionem curavit excudendam *Fea*, qui addit: „nemo credet, hanc vitam scriptam esse a Porphyrione. — — Maecenas, generosissimus hic litterarum fautor, ita fuit Horatii praesidium ejusque rerum columen, ut illi liberalissime eas largitus sit opes, quibus Noster contentus beate viveret, nec plura, quae facile foret impetraturus, requireret. (Ep. I.) Masson. v. H. aet. ann. XXIV —XXV. — — Ad vocem *testatur* habet: Tous mes Mss. portent *testatur*, et non *demonstratur* comme les éditions ordinaires: Vanderbourg. — *satis testatur illo:* ita praefero, pro repetito (in ed. Mitsch.) *demonstratur isto.* Pro *isto* scriptor dixisset *hoc.* Nam *iste*, *isto* refertur ad aliquem, cui scribitur, ut ipsa docent lexica. Id observes in Augusti epistola ad Maecenatem, de qua mox. *Testatur* postulat latina locutio et sensus. Ita bene Baxt. et Gesnerus. (??) *Illo* legebat etiam Muretus, Cruquius, alii, et Jani, a quo vitam hanc cum notis desumsit Mitscherlich.; ut putem *isto* erratum potius typographi: quod tamen exscripsit a Mitscherl. J. Henr. Mart. Ernesti in Clavi Horatiana p. 3.:

illo epigrammate:

Ni te visceribus meis, Horati,

ideo admonui. Fea. — — Ad ea, quae sub *A.* dicta sunt de lectionum varietate, pertinere et haec videntur. — Je n'aime pas la maniere dont on a écrit ce dernier vers: „*Hinno* me videas strigosiorem.“ Assurement Mecenas avoit écrit: „*Ninnio* me videas strigosiorem.“ Et c'est la leçon que le savant Vossius a suivie. Il y avoit de ce temps là un poete appellé Ninnius Crassus, qui estoit sec comme une allimete; ce qui lui attiroit tous le jours des railleries com celles que Mecenas en fait icy. Dacier. — — *Ninnio* non vult, sed reponit *Minno*, addens: est autem minnus, vel minus, ovis ventre glabra, Festo, a Graeco ἄπεικος, *apica* dicta: nostri dicerent: „more hagger than a peel'd Ewe.“ Baxter. — — *tu tuum sod. Hinno* legit et addit: „eos versiculos esse de morte Horatii miror qui potuerit doctiss. vir And. Schottus (Observ. L. II. L. X.) affirmare“: Masson. v. H. p. 368. — — Baxteri verbis laudatis addit: „*Titi Sodalis Ginno*“ vult et Gronovius, ut ludatur in aliquem vicinum vel notum Titium, strigoso mulo vehi solitum: Gesnerus. — — Hunc locum Gesn. laudatum male intellexit, addiditque, recipiens Gronovii „*Ginno*“: esse *ginnum* i. q. *mulum*: supposuitque Gesneri nomen: Valartus. — — Tentabam aliquando: Pl. jam dil., *tantulum sodalem*, tam parvum: quia Flaccus fuit statura brevi, quam Augustus quoque ridere solebat, teste ipso βιογράφῳ. Deinde servandum *Hinno*, seu Ginno. Bothe. — — Sed *Ninnio videas* legi voluerant jam *Lindenbrog. et Pithoeus*, eosque sequutus addit: „fuisse eo tempore Romae poetam *Ninnium Crassum*, qui ita esset macilentus et siccus, ut in quotidianos jocos abisset“: Vossius. — — Quibus laudatis addit: Metrum non obest; nam etiam apud Ca-

Plus jam diligo, tu tuum sodalem
Ninnio videas strigosiorem. —

---

tullum hendecasyllabi multi a trochaeo incipiunt; et decet Maecenatem talis negligentia. Modo illud de Ninnio Crasso certius esset. Ninnio haud dubie recte legitur, quod comparanti varietates allatas facile patebit, tum et gratior existit structura ejecto „*me.*" Ninnium possis explicare parvum mulum, alias hinnum, s. ginnum, item ninnum dictum. Sed mihi elegantior videtur jocus, si suspiceris, esse nomen hominis vulgaris, nobis nunc ignoti, tunc a macritudine notissimi. Nam et Ninniam Campanam gentem fuisse apparet e Liv. XXIII., 8. et ingenuosus tunc lusus est in epitheto *strigosus*, quod proprie de jumentis dicitur. „Volo, ut, qui nunc, tui ad instar, bene curatus et pinguis sum, (is enim fuisse videtur) strigosior fiam Ninnio. Ceterum *me Titi sodalis* (sacerdotis e collegio Titiorum sodalium) vult Cl. Sivry., quod sit prope idem, ac si hodie dicatur in Gallia: plus efflanqué que la rosse d'un curé de village. Vereor, ne multi hoc pro acumine gallico habituri sint: Jani. — — Repetit ejusdem verba Mitscherl. et Bothe in ed. F. H. — — Il seroit trop long de rapporter ici toutes les leçons que l'on a données du second et du troisième vers de cette épigramme: jai cru devoir préférer celles qu'ont M. M. Wetzel et Mitscherlich — (sc. Jani). Le célébre Vossius prétend avoir découvert qu'il existoit à Rome du temps d'Horace un poete nommé Ninnius Crassus, dont la maigreur avoit passé en proverbe; et l'on trouve au moin dans Titi-Live (XXIII., 8.) qu'il existoit, en Campanie, une Famille *Ninnia*. La plaisanterie de Mécène me paroît, ainsi a M. Mitscherlich, (— Jani sc. —) beaucoup meilleure si l'épithéte *strigosus*, qui apparatient proprement aux bêtes, est

— sed multo magis extremis judiciis tali ad Augustum 4

appliquée à un homme, que si on la donne à un mulet, comme on fait beaucoup d'éditeurs. Je dois dire, au reste, que tous mes Mss. lisent, au vers 2. *tutum sodalem* au lieu de *tu tuum sodalem*, et que dans le vers 3. ils offrent les variétés suivantes: — (cf. de codd. mss. praef. p. 19. et additam. I. et III.) — *E. nimio* ou *ninno*, *Φ. ninio*, I. *mimo* ou *minio*, P. *mimo* ou *minno*. La multiplicité de ces différences, et en particulier la double leçon de trois mss. sur quatre, viennent de ce que les enciens copistes ne mettoient pas de points sur les *i*. Il n'est pas étonnant que ces vers aient fait naitre tant de conjectures; et toutes peuvent s'appuyer au moins d'un Ms., à l'exception de celle de Gronovius, qui lit *ginno*, car aucun Ms. n'a de *g*; et de celle de Baxter, qui lit *minno*, car il faut pour ce mot huit jambages avant l'*o*, et les Mss. n'en ont que sept au plus. — Le Ms. P. explique *strigosiorem* par *litigosiorem*. VANDERBOURG. — — Oudendorpium et Wolfium secutus vult *Hinnulo*, additque: nisi nomen hominis latet in *kinnulo* vel *mimo*, malim *mulo me videas strigosiorem*. BAUMG.-CRUS. — — Ninnius, homo quidam ignotus, valde macilentus. JAECK. — — Tum accidat mihi hoc, ut ego, sodalis tuus, ninnio fiam strigosior; per ninnium vel parvus equus, sive mulus, vel homo quidam ignotus, Ninnius, qui admodum macilentus esset, intelligendus est. DOERING.

Ad. 4. — *A.* — pro *extremis judiciis* post ed. Janss. Amst., ni fallimur, solus Baxterus posuit *extremis Esquiliis*. — Sola Bond. VII. hab. *indiciis*. — Haud pauci omittunt *judiciis*, modo *extremis* legentes, e. c. Muret., Cruq., Chabot., (qui tamen, sed per error. typ. certe, *ex tremis*.) Bond. S., Dacier, Casaub., Lange, Valart., Baumg.-Cr., etc. *in extremis*, ut scimus, solus vult BOTHE in ed. B. G. Z. — — *extremis judiciis* ex meis habent: Bond. I., R. Bentl., Ed. Bip.,

elogio: **Horatii Flacci, ut mei, esto memor.**

Jani., Mitscherl., Wetzel, Fea, Jaeck, Doering, Zell, a. cpl. — pro *ad Augustum* sine sensu Rob. Kneusel, ed. *talem Augustum* — solus liber msc. Put. exhib. *ad Augustam.* — pro *elogio* nonnulli *eclogio.* — una — (deest titulus, sed puto Amstel. Wetst. 1719.) — ed. vult: *ecloga.* — *esto memor*, multi *memor esto*, — Janns. Amst. sine sensu *memor est.* — — *B.* — Illud *extremis* de supremis Maecenatis horis interpretor, eoque nos ista Maecenatis ad Augustum verba ducunt. Ut necesse non sit cum Ant. Contio — (Justin. instit. L. II. Tit. 10.) legere *extremis judiciis*, vel cum aliis *extremis Esquiliis*, quod nullum fundit sensum. Masson. — Baxteri Esquiliis — (habet eandem lectionem tamen in vita illa, quae praemissa est, admodum vitiosa, Cruquius.) — tenet quidem in ed. emend., sed addit: Esquiliis forte huc irrepsit ex fine hujus vitae de monumento (?) Horatii: (cf. ad §. 20.) Gesnerus. — — Rectius cod. reg. apud Rutg. *extremis judiciis*, h. e. testamento; quod vel judicium dicere, vel supremum, extremum judicium: solemne Ictis antiquis. Jani. — Repet. Mitscherlich., sequuntur Jaeck, Doering. etc. — — Je ne sais d'où venoit l'ancienne leçon ridicule Esquiliis; tous mes Mss. lisent *judiciis.* Vanderbourg. — — Nous n'avons point en nostre Langue de terme qui exprime le mot *elogium.* qui est grec ἐλλόγιον, et qui signifie proprement un titre, une etiquete, une petite préface, un sommaire, qui fait connoître en peu de mots ce que l'on veut. Dacier. — Contra: pro *elogio* reponendum duxi *eclogio*, de qua voce vid. cl. J. Gutherium de jure Manium: Gesnerus. — Bene *elogio*, quod est vocabulum testamentis proprium, et h. l. brevem commendationem significat. Jani. — Repet. Mitscherl. et item Bothe in ed. F. H. — Male cum aliis, haud indoctioribus, censuit Andr. Schottus, (observv. L. II. c LX.) mollos

Maecenatis versiculos, mendose ab Isidoro (Origin. L. XIX. 32.) prolatos, ad Horatii mortem spectare; quod et eruditiss. Ger. Joan. Vossius — (de poet. Lat. p. 26. Ed. in 4. et Torrent. ad. Od. II, 17, 9.) — affirmare sustinuit. Sic enim cum viro pereruditо And. Alciato legendi sunt:

Lucentes, mea vita, nec smaragdos,
Beryllos mihi, Flacci, nec nitentes,
Nec *prae*candida margarita quaero:
Nec *quas* Thynica lima perpolivit
*Ann*ellos, nec jaspios lapillos.

Ut audiendi non sint, qui reponunt vers. I. *Lugenti*, vel *lugent te*, vel *lugens te*; siquidem omnes viri docti *mea vita* legunt, quod ad amicum jam mortuum dici posse, vix aliis probarent exemplis. Masson. v. Hor. aet. ann. LVII. — Contra: — Cave, inde existimes, Maecenatem Horatio priorem obiisse, qui uno post Horatium mense obierit. Sic enim se res habuit. Maecenas, teste Plinio, toto ultimo vitae suae triennio somnum non vidit. Quum autem judicaret, vitam insomnem non esse posse diuturnam, extremas tabulas scripserat, in quibus Horatium Augusto commendat his verbis: Horatii Flacci, ut mei esto memor. Evenit autem contra ac speraverat, ut ipse vitam triennio produceret, foretque Flacco suo superstes. De cujus morte dolorem his versibus, quos Isidor. Lib. XIX. Orig. inseruit, est consolatus:

Lugens te, mea vita, nec smaragdos,
Beryllos mihi, Flacce, nitentes,
Nec *per*candida margarita quaero,
Nec, *quos* Thynica lima perpolivit,
*An*ellos, nec Jaspios lapillos.

Valartus. — [Unde vero cl. v. noverit, Maecenatem mense uno post poetam nostrum obiisse, non addit, nec cujus sequutus sit recensionem, profert. Nulla enim *Torrentius* ad l. l. Od. II, 7, 9. habet, nisi: „est allusio ad militare sacramentum; (sc. non ego perfidum dixi sacramentum, ibimus, ibimus etc.) et secuturum se ait poeta,

5 — **Augustus epistolarum quoque ei officium obtulit,**

---

quocunque praecessisset Maecenas, atque una moriturum potius, quam ut ducem deserat. Et hoc fere contigisse Dion testatur: si quidem Maecenatis ille mortem refert in a. u. c. DCCXLVI. Horatius vero obiit anno imperii Augusti XXIV., qui fuit urbis conditae DCCXLV. „Haec ad l. c. exhibet Torrentius; itemque ad Od. I, 1., nec similem errorem fugit Dousa cl. v., qui (Schediasm. ad Propert.) eodem modo Dionis verba male interpretatur. (v. Dio. Lb. LV.) sed. cf. a. q. pl. in comment. inseq.] — — *ut mei*, interpretatur per: tanquam ego essem: Jani. —

Ad. 5. — *A.* pr. *epistolarum* sine sensu M. Maittaire *literarum*. — *quoque* deest apud nonnull., e. c. ap. Cruquium in vit. ed. praem. — *ei* deest in ed. Janns. Amst. — *opificium adtulit* pro *officium obtulit* habet Bond. I., sed errore typogr. certe. — *ut* deest apud Muret. Cruq. etc. — *scripto*, compl. *scriptum*. — pro *scribendis epistolis amicorum* habet ed. Jos. Jouvenci Rothom. 1714. *scribendis amicis*, ex errore certe typogr. — *te cupio adducere*: ita ex meis Muret., Bond. I., Chabot., Janns. Amst., Bond. S., Dacier., Baxt., Masson., Gesner., Lange, Ed. Bip., Jani, Mitsch., Vanderbourg., Fea, Jaeck, Bothe, Zell etc. — *a te cupio abducere* exhibent Cruquius, Casaubon., R. Bentl., Valart., Baumg.-Crus., Doering. etc., invenitque hanc lectionem Vanderbourg in cod. msc. Φ. — omittit *te* legitque modo *cupio adducere* Joh. Feller. in ed. Lips. 1678. 8. — *Veniet:* multi *veniat*, quam lectionem quoque cod. msc. P. Vanderbourgii habet. — pro *ergo* multi *igitur* ut Bond. I. — pro *ista*: multi volunt *illa* nonnulli *tua*, interpretati scilicet. — *hanc* compl. omittunt. — *adjuvabit*: cpl. *juvabit*, ut e. c. Cruq., Baumg.-Crus., Doering. —

B. — Instat tamen Xylander in repudiando scriptus quaestorii munere poetae (et quidem in

ut hoc ad Maecenatem scripto significat: „Ante ipse

---

prolegom. de Horat. p. 39. cet.), et Suetonium objicit, qui narrat, Augustum uti voluisse Horatii opera in Epistolis scribendis, neque tamen obtinuisse. Credat, subjungit, qui vult, eum Augusti noluisse scribam esse, voluisse aliorum. At vero nodus facile solvitur. Distinguenda sunt tempora. Cum id rogavit Augustus, tum Horatius in Maecenatis familiaritate et quasi contubernio vivebat, atque satis ex ejus liberalitate divitiarum habens, otium modo et a civilibus negotiis liberam quaerebat vitam. Nec adeo tum scribae muneri, quod in egestate sibi comparaverat, vacabat, ut vel ex istis (Sat. II, 6, 36.) versibus palam est. Et cum anno U. C. DCCXXXI. iterum Augustus gravi morbo laboraverit, ac postea infirmior fuisse videatur; (Dio L. III. Sueton. Aug. c. 81.) ad hoc forsan tempus spectaverit, quod Suetonius narrat: — „Augustus ei — ingerere desiit.“ Masson. Vit. Hor. aet. ann. XXIV — XXV et XLII — XLIII. — — *Epistolis amicorum* loquebantur Romani pro *Epistolis ad amicos*: sic dixit Cicero *Cassii literae* pro *ad Cassium literae*. (ad Att. VII, 24.) Valart. — ita fere et Jani, cujus verba repetit Bothe in ed. F. H. — — Auguste fut toûjours fort valetudinaire; mais ses infirmités augmenterent considerablement aprés la guerre d'Espagne. Ce fut donc aprés cette guerre qu'il écrivit cette Lettre à Mecenas, et qu'il offrit à Horace la Charge de Secretaire du Cabinet. Dacierus. — — De cette table, où il n'est que Parasite; car Horace n'estoit pas de la maison de Mecenas et il n'avoit point de Charge qui l'attachast à luy. C'est ce qui fonde la raillerie d'Auguste, qui le regarde comme le Parasite de Mecenas, parce qu'il mangeoit ordinairement chez lui. Dacierus. — qua ut parasitus fruitur, np. apud te, cui nulla officia praestat. Jani. — repetit hujus verba Mitscherl., item Bothe in ed. F. H. — veniet

primo Maecenati, mox Augusto in gratiam insinuatus,

Ginno me, ut Valart. — alii: t. t. s. *Hinnulo*, ut Baumg.-Crus. — (sed plur. de h. l. vid. sub *B* ad. q. l. potius pertinere videntur.) —

contra invidiae tela munitior: solamque his temporibus, nempe aetatis anno 25, scriptam ab eo constat Satyram quintam (?) libri primi planè innoxiam, cum Maecenati adfuisset Româ Brundusium proficiscenti, ad reconciliandum Caesari Antonium. Hinc factum ut quamquam totâ deinceps vitâ Odas semper aliquas scripserit; pleraeque tamen ante Satyras (sic) et Epistolas, non modo sint elaboratae, verum et in priores tres qui circumferuntur Carminum libros compactae; cum illo Epodon. Odarum enim qui quartus numeratur, postremorum fere annorum est opus, quod Augusto volente in Drusi praecipue laudem conscripsit, ut quae hic in Germaniâ, fortiter et feliciter, per haec tempora fecerat, à tanto Vate celebrarentur. Caelibem totâ vitâ Horatium; nec tamen totâ castum fuisse, ex aequo certum est. Opes, praesertim a Maecenate, habuit, quantas oportuit, ne quid deesset: certus se plura accepturum, si cuperet. Inter cetera villam in Sabinis ab eo donatam, non sine grati animi sensu commemorat. Ab Augusto, dubium non est, quin alia sit consecutus, etsi de his siluerit. Imperatorio nempe fastigio putavit dignius; si, quae egisset Princeps quàm, quid privato homini donavisset; suis carminibus consignatum relinqueret. De illius ingenio, nihil opus est dicere, cum id abundé emicet ex singulis propè apicibus eorum, quae scripsit. Ac planè summum extitisse oportet, quod praeter Maecenatem, Agrippam et ipsum Augustum; etiam Virgilio, Vario, Albio Tibullo, Pollioni et aliis tam multis eruditione et genere clarissimis viris, dum viveret, insatiabiliter placuerit; post mortem verò, hactenùs omnibus. Quod ad illius sectam philosophicam attinet; nihil aeque est certum ac nullius fuisse, ut disertè ipse testatur provecta jam aetate maturus; ac seriò si usquam loquens in Epist. I, 1. ubi, postquam signavit, nugis se omnibus tandem omissis vacare velle Philosophiae, subjungit:

Ac ne fortè roges, quo me
duce, quo Lare tuter,

Maecenati. — Sed utraque falsa puto. Nam elegi

Nullius addictus jurare in verba Magistri,
Quo me cunque rapit tempestas, deseror hospes.

Et bene dixit *hospes:* neque enim, si quid ex Sectâ aliquâ semel probaverat, semper probabat: sed more hospitum apud singulos tamdiu erat, quamdiu libebat. Ita postquam initio eum Stoicis et Academicis sanè senserat de Deorum in res humanas providentiâ; visus eandem est negare cum Epicuro in fine Sat. 5, L. I., quam scripsit adhuc juvenis, ut modo dixi. Iterumque Od. I., 29, 1. errorem hunc esse agnoscens, damnavit; ac religiosè deinceps judicavit de Diis, invocans eos passim et rogans, pro se, pro Maecenate, pro Augusto, Romano populo etc., ut verissimè dici possit, Horatium nihil minus quam Epicureum fuisse. Nam quod Ep. I, 4. se vocat *Epicuri de grege porcum:* nihil aliud quam cum suo Tibullo ridere voluit; neque significare *pinguem* esse ac *nitidum*, quales erant Epicureae doctrinae sectatores; et quales si adscribere voluerimus Epicureis, non Horatii solum, sed prope omnium sectam esse oporteat. Corpore fuit obeso et brevi; lippis oculis. Vivere desiit eodem anno cum Maecenate; sed tamen post illum; aetatis suae 57. Romae vero 746. nimirum C. Marcîo Censorino et Asinio Pollione Coss. Humatum in Esquiliis tradunt, et quidem *juxta Maecenatem:* quem, cum in fundo proprio, magnatum more, tumulum sibi vivéns pararet: etiam Horatio illic suo posuisse, plus quam vero simile est. P. Rodellius. in prol. de vit. Hor. et ejus scriptis etc.

Ad. 20. — *A.* — Omissa voce *utraque*, exhibet ed. Lubini: *sed falsa puto; nam* etc. — Omnes edd. nostrae ad unam *elegi;* et illae quae sub §. anteced. exhib. *electi*, *elegia* sive *elegeïa*, vel *elegiae*, et *electa.* — *epistola etiam obscura* ex nostris habent: Muretus, Cruquius in vit. ed. praem., Casaub. Boe-

vulgares, epistola etiam obscura, quo vitio mi-

---

clerus, Ed. Bipont., Vanderbourgius, Baumg.-Crus., Jaeckius, Doeringius etc., — *epistola autem obscura* tenent: Henr. Stephanus, Bond. I., Chabotius, Bond. S., Dacierus, Baxterus, Langius, Valartus, Bothius in ed. B. G. Z., Zellius, etc. — Omittunt et *etiam*, et *autem* Cruquius in vit. ad calc. addita, Ed. Janns. Amst., R. Bentleius, Jani, Mitscherlichius, Fea, Bothe in ed. F. H., etc. — *mire* pro *minime* exhibet mire Ed. Lubini. —

B. — Ce jugement de Suetone est remarquable. Sur ce que des Elegies qu'on attribuë à Horace sont vulgaires et communes, il décide qu'elles ne sont pas de luy. Nos Critiques d'aujourdhuy, qui se rompent la teste à chercher des defauts dans les Anciens, et qui attaquent souvent ce qu'il y a de plus beau, parce que c'est ce qui est le plus opposé à leur genie, en jugeroient bien autrement: plus ils verroient de choses plates et triviales dans ces Elegies, plus ils assureroient qu'elles sont d'Horace. Quel malheur pour eux qu'elles se soient perduës! Ils s'en serviroient comme d'un titre authentique, ravis d'avoir trouvé de témoins, vrais ou faux, qui déposassent en faveur des modernes contre l'antiquité. Suetone pouvoit tirer d'Horace mesme une preuve de la supposition de ces Elegies: car en parlant de ses vers, il dit dans la derniere Epistre du second Livre:

Carmina compono, hic Elegos.

C'est donc nostre faut quand nous trouvons dans Horace des obscurités. Mais tres-souvent aussi c'est la faute des Commentateurs et des Interpretes, qui en mille rencontres ont embrüillé ce qui estoit clair et facile, et l'ont entiérement gâté par les mouvais sens qu'ils luy ont donnés. Dacierus. — *Minime tenebatur vitio obscuritatis.* Id non impedit, quominus multarum rerum cognitione

nime tenebatur.

— Natus

---

opus sit ad ejus carmina intelligenda: qua, qui pollet, dicendi genus Horatianum, universe spectatum, luculentum et perspicuum esse videat. (*Quae cl. v. verba repet.* Bothe *in Ed.* F. H.) Allatae sunt nuperrime ad me duae Odae, quae in Cod. Ms. Horatii, bibliothecae Palatinae, in Vaticana, repertae feruntur, et a docto Anglo nuper editae sunt. Non opus est, nisi eas legere, ut Horatio agnoscantur esse indignissimae. Sunt certe a misello versificatore, qui sententias triviales et vulgaria verba anxie in metrum intorsit, epithetis explevit, et sic praeclare sibi cecinisse visus est. Risum movent, ne alia tangam *Eumenides Jovis* fulmine disjectae. Jani. prol. p. CXIV. — Falsas quoque et misselli versificatoris fetum habendas esse duas Odas, nuper in Cod. ms. Horatii bibl. Palatinae in Vaticana repertas et in calce L. I. Carminum adsutas, dudum ostenderunt vv. dd. Primus earum mentionem injecit Villois. Animadv. ad Long. p. 310. Mitscherlichius. — Has duas Odas eodam anno vulgavit d'Ansse de Villoison l. c., quo Jani T. I. p. CXIV., nempe anno 1778. *Primus*, ait, se illas habuisse a Caspare Pallavicino; *alter*, nuper a docto Anglo vulgatas fuisse. Sed jam in editione Pragae (cf. quae de hac ed. sub NB. I.) anno 1760. datae fuerant: „*addita quoque de harum Odarum inventione epistola principis Pallavicini.*" Quisquis ille primus fuerit tanto honore dignus; is certe impostor fuit putidissimus; nullibi enim vel in mss. Vaticanis, vel in aliis Romanis eas reperire potui. Fea. — Laudat in annotationibus s. ad Hor. opp. ejusq. vit. auct. Suet. Cl. Bothius Vanderbourgii de hisce poematiis sententiam. Eandem ideo una cum notulis Bothii, ac lectionum utroque in carmine varietatibus, integram hic adscribamus. „Feu

M. de Villoison fit imprimer, en 1778, dans les supplément à ses remarques sur Longus, deux Odes qui venoient de lui être communiquées par M. Genet, alors secrétaire interprète de Monsieure, frère du roi comme récemment découvertes à Rome dans un Horace manuscrit de la bibliothéque Palatine, *a Cl.* Caspare Pallavicini. (Id est: repertas a cl. C. Pallavicinio. Verba a Cl. Caspare Pallavicini sunt Villoisonii l. l. cf. Feae praefat. not. 17. addit Bothius.) M. de Villoison ne dit rien de plus sur cette découverte, et je n'en ai pu trouver d'autres vestiges que dans le titre d'une édition moderne d'Horace, rapporté comme il suit par M. Mitscherlich.: Q. Hor. Fl. Opera omnia, prius ad exemplar Bentleii excusa, nunc insertis duobus Codd. (sic! evocat Bothius. Recte quidem, pertinet tamen vox non ad Vanderbourgium, sed ad Mitscherlichium, qui prol. p. CLII. vere in h. Tit. sine sensu *duobus codd.* pro *duabus Odis* scripsit.) novissime repertis aucta, addita quoque de harum Odarum inventione epistola principis Pallavicini. (T. I. II. s. l. (Pragae.) et a. (1760.) addit p. l. Mitscherl.) M. Mitscherlich ajoute que l'édition a deux volumes; qu'elle est sans date et sans nom de ville ni d'imprimeur, mais qu'on la doit aux soins d'un prince de Fuerstenberg (curata haec editio a Celsiss. principe de Fuerstenberg. addit Mitscherl.), qui la fit faire à Prague en 1760. Ces données ne sont sans doute rien moins qu'exactes; car si les deux Odes en question avoient été imprimées dès 1760, M. de Villoison ne les eût pas données comme nouvellement découvertes en 1778. Cependant, le titre ne pouvant pas être falsifie d'un bout à l'autre, j'ai fait mes efforts pour me procurer cette édition, qui seule pouvoit me rendre compte, dans la lettre du prince Pallavicini, des circonstances de la découverte; mais il paroît qu'elle n'existe ni dans la bibliotheque imperiale (nunc denuo regiâ, addit Bothius. Scripsit sc. cl. v. Vanderb. Napoleome imperante.), ni dans une aucune des Bibliothéques

publiques de Paris. (cf. quae de h. ed. sub. NB. I. et NB. II.) Ce qui peut m'en consoler; ainsi que mes lecteurs, c'est que les deux Odes dont elle contient l'histoire ne peuvent être du grand poète auquel on les attribue, et qu'elles n'ont pu être imprimées plus correctement à Prague, que dans le Longus de Villoison, d'où je les ai transcrites pour les traduire et les faire imprimer ici. Ceux qui les liront, seront convaincus sans doute qu'Horace n'en est pas l'auteur; mai je n'ai voulu priver mes lecteurs ni de la connoissance d'un fait curieux, ni même de la copie de ces Odes, qui ne se trouvent dans aucune édition d'Horace connue en France, et qui, bien que supposées, meritent autant d'être annexées aux oeuvres de ce poète, que tant de morceaux faussement attribués à Virgile et à Ovide de figurer à la suite de leurs vers. Vanderbourgius. T. I. 356. — Sunt vero poematia, de quibus vv. dd. haec exhib., et quidem ex recens. Vanderbourgii, addita vero lectionum varietate: —

I.

Libri primi Ode XXXIX.

Ad Julium Florum.

Discolor grandem gravat uva ramum;
Instat autumnus: glacialis anno
Mox hiems volvente aderit, capillis
Horrida canis.

Jam licet Nymphas trepide fugaces
Insequi, lento pede detinendas;
Et labris captae, simulantis iram,
Oscula figi.

Jam licet vino madidos vetusto
De die laetum recitare carmen:
Flore, si te des, hilarem licebit
Sumere noctem.

Jam vide curas aquilone sparsas!
Mens viri fortis sibi constat, utrum
Serius lethi, *citiusve* tristis
Advolat *aura*.

Citiusve exhibent omnes pro *citiusne*. — *aura* exhibent Vanderbourgius et ad hujus ed. Bothi-

us in annott. l. s. l. — Jani vero, Mitscherl., ed. Bip. etc. malunt *hora*. Audiendus s. dubio Villoison. —

II.

Libri primi Ode XL.

Ad librum suum.

Dulci libello nemo sodalium
Forsan meorum carior exstitit;
De te merenti, *quid* fidelis
Officium domino rependes?
Te Roma cautum territat ardua:
Depone vanos invidiae metus;
Urbisque, fidens dignitati,
Per plateas animosus *audi*.
En quo furentes Eumenidum choros
Disjecit almo fulmine Jupiter!
Huic ara stabit, fama cantu
Perpetuo celebranda crescet.

Omnes ad unum *quid:* esse *quod* legendum, recte monet Bothius l. l. — item et *audi* omnes, et bene; nam τὸ *aude*, quod vult Bothius, non placet, quamvis releg. ad Virg. Aen. II, 347. — Recte pro *disjecit* vult Bothius *dejecit*. Omnes tamen tenent *disjecit*. — Item *huic* displicet Bothio, qui addit: fortasse lege *hic*, eo loco, quo dejectae Furiae. Ceterum hoc est laterem lavare. — *NB. I.* Adscribunt quidem hanc editionem Fuerstenbergianam anno 1760 Mitscherlichius, Fea, recentioresque omnes, — sequuti sc., ut, opinamur, ea in re Bibliothecam Horatianam, quae ad ann. 1760. p. 110. habet: „Q. Horatii Flacci opera omnia. ad exemplar Bentleii excusa. II. Voll. Pragae 8." additis vv. „hanc editionem Celsissimus Landgrafius de Fuerstenberg suis impensis, in forma consueta libri artis musicae, Pragae typis exprimer*e* (!) jussit." — sed minus recte; prodiit enim (sine loco quidem, verum ut colligere fas est), anno circiter 1775. At nec in hac quidem ann. 1775. editione duo illa invenies poematia. Fuerstenbergiana vero editio *altera*, eaque, ut scimus, duabus illis exstructa Odis, quas cl. Pallavicini in bibliotheca Vat. invenisse se prae se tulerat, Villoisonius vero publici juris primus fecerat, anno demum 1780 Pragae prodiit. Vid. et. quae Fr. Ad. Ebert in l. s. „allgem. bibliogr. Lexic. T. I. sub 10222. — NB. II. Eo-

— **Natus est VI. Idus Decembris, L. Cotta et L. Tor-** 21

---

rum interpretum nulli ad manus fuisse videtur: „*A dissertation, concerning two odes of Horace, which have been discovered in the Palatine library at Rome. Lond.* 1789. 4.“ —

Ad 21. — *A.* — Pro *VI. Idus* habebat biber Put. *III Idus.* — Perperam hab. ed. Lubini *Lucio Cotta et L. Torquati consulatu.* — Post *Natus* τὸ *est* omittens et post *consulibus* non puncti sed virgulae signum ponens, exhibet ed. Janns. Amst. *Natus — decessit.* — Xylander, qui locum (l. l.) citat, scripsit: *natus est — decedens.* — Pro *Marcio*, ut multi, *Mario* male exhibent ex nostris: Muretus, Henricus Stephanus, Cruquius in vit. ad calc. ed. omn. opp. addita, Bond. I., Chabotius, Ed. Janns. Amst., Bond. S., etc. — rectius tenent ex nostris *Martio*, sive *Marcio* Cruquius in vit. praem., Dacierus, Casaub.-Boeclerus, Baxterus, Bentleius, Langius, Millerus, Valartus, Ed. Bipont., Jani, Wetzelius, Mitscherlichius, Vanderbourgius, Fea, Baumg.-Crus. — (ex Wolf. et Oudendorp.? haud pauci enim, ut videmus, Suetonii Comment. exhib. *Mario.*) Jaeckius, Bothe in Ed. F. H., Doeringius, Bothius in Ed. B. G. Z., Zellius etc. — pro *post nonum* exhibent recte quidem, verum nulla librorum auctoritate, *post septimum:* R. Bentleius, Baumg.-Crusius, Zellius, aliique. — (de qua annor. diversit. vid. plur. sub B.) — pro *nuncupato* sola ed. Janns. Amst. *nominato.* — Post *tabulas* non puncti, sed virgulae signo posito, exhibet ex nostris sola Chabotii editio *tabulas, et conditus est* etc., omisso quoque verbo *Humatus.* — Nonnullae editiones, interpretum scilicet ab imis subselliis, exhibent pro *Esquiliis* sine sensu *Exequiis*, sive *Exsequiis*: eandem lectionem invenimus quoque in notulis, a manu certe haud indocta operi adscriptis, quod Lips. prodiit 1512. (Lyptzk ann. Dom. M.D.IIX.); de quo tam. jam spr. — Rodellius, qui locum in libell. de Hor. vit. et

quato consulibus. Decessit V. Kal. Dec. C. Martio

---

scriptt. recepit, ommissis vero et mutatis haud paucis, exhibet *juxta Maecenatem.* vid. §. anteced. —

B. — Le VI. des Idus de Decembre, c'est à dire le 8 du mesme mois, l'an de Rome DCLXXXVIII. soixante - trois ans avant la naissance de Nostre-Seigneur. — C'est Horace qui le dit dans l'Ode XXI. du Livre III.:

O nata mecum Consule Manlio!

et dans l'Ode XIII. du Livre V.

Tu vina Torquato move
Consule pressa meo.

— C'estoit l'an de Rome 745. six ans avant la naissance de Nostre-Seigneur. — Suetone s'est donc trompé quand il dit en suite, „à l'âge de *cinquante-neuf ans accomplis.*" Car depuis le 6 de Decembre de 688 jusqu'au 27 de Novembre de 745. on ne trouvera que cinquante-sept ans moins onze jours, mais c'est peut-estre une faute de Copiste. — Le troit Civil admet les testamens de vive voix, pourvû que le Testateur declare et nomme son heritier devant sept temoins. Justinien dans le second Livre des Institutes, Titre X. §. 13. „Si quis autem sine scriptis voluerit ordinare jure civili testamentum, septem testibus adhibitis, et sua voluntate coram eis nuncupata; sciat, hoc perfectissimum testamentum jure civili, firmumque constitutum." — Car Mecenas logeoit au bout des Esquilies, où il avoit fait bâtir une maison superbe, et son tombeau par consequent. — Mecenas estoit mort la mesme année. Mais d'où vient, qu'Horace luy ayant survécu n'a laissé aucune marque de la douleur qu'il avoit de sa perte? Cela me ne paroist pas possible: il aimoit trop Mecenas, et luy avoit trop d'obligation pour avoir laissé à d'autres le soin de pleurer sa mort. Cet endurcissement ne seroit pas pardonnable; et si on pouvoit luy reprocher justement une si noire ingratitude, je lirois ses Ouvrages avec moins d'estime

pour eux que de mépris pour leur Auteur, et je me repentirois mesme d'avoit employé tant de temps à les commenter et à les traduire. Voyon donc si l'antiquité ne nous fournira rien qui puisse justifier un silence qui paroist d'abord si suspect et si odieux. Dion en parlant de l'année qui fut la dernière de la vie de Mecenas, assemble d'abord tous les evenemens heureux qui arriverent à Auguste cette année-la; et aprés avoir fait entendre fort clairement que les huit premiers mois ne donnerent à ce Prince que des sujets de joye; il ajoûte, que la fin ne répondit pas au commencement, et que la mort de Mecenas vint interrompre cette suite de prosperités qui avoient duré jusqu'au neuviéme mois. La mort de ce Favori d'Auguste n'arriva donc qu'aprés ce temps-là; et quand mesme elle seroit arrivée immediatement aprés, ce qui peut n'estre pas, car Dion n'en marque pas le jour, on voit que depuis la fin d'Octobre jusqu'au vingt sept de Novembre, Horace n'auroit pas ne le temps d'essuyer ses premiers pleurs. Il est donc constant qu'il ne survécut pas long-temps à son ami, et cela marque mieux que tout ce qu'il auroit pû faire, la tendresse qu'il avoit pour luy. Sans toute il accomplit alors ce qu'il avoit promis quelques années auparavant, lorsqu'il écrivit a Mecenas attaqué d'une maladie tres-dangereuse qui luy foisoit souhaiter la mort.

Ah te meae si partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera,
Nec carus aequè nec superstes
Integer? Ille dies utramque
Ducet ruinam: non ego perfidum
Dixi sacramentum: Ibimus, ibimus,
Utcumque praecedes, supremum

et quinquagesimum annum, herede Augusto palam

Carpere iter comites parati. etc.

Si Horace avoit tiré son horoscope, il n'avoit pas mal jugé de la conformité de son astre avec celuy de Mecenas; mais sans doute il connoissoit moins la force de son étoile que celle de son amicitié. Et il est aisé d'estre bon Prophete quand on ne prédit que des choses qu'il dépend de soy d'accomplir. Dacierus. — Quintus H. Flaccus his Consulibus natus est, ut liquet ex Od. III, 21. ubi ad amphoram: „*o nata mecum* etc. et Epod. XIII. *Tu vina — meo.* Idem natalium tempus demonstratur ex Epist. I, 20. ubi, qua fuerit aetate sub Coss. M. Lollio et Q. Aemilio Lepido, ipsemet Horatius nos docet.

Forte unum si quis te percontabitur aevum;
Me quater undenos sciat implevisse Decembres,
Collegam Lepidum, quo duxit Lollius anno.

Natus nimirum Poeta VI. Idus — (i. e. VIII. Decembr. die) — Decembr., eodem die XLIV. aetatis annum, per quater undenos Decembres indicatum, his Coss. implevit, ac XLV. auspicatus est. Unde manifestum fit, annum Nostri natalibus assignandum esse U. C. DCLXXXIX et LXV. a. Chr. Ne quis autem opinetur, eum inconsulto dixisse, Lollium duxisse Lepidum collegam, h. e., illum ante hunc prius fascibus consularibus ornatum esse, legat modo Dionem (Lib. LIV.) in hujus anni Actis narrantem: „quod cum unus tantum Consul in Comitiis a populo creatus esset, atque consulatus alter locus Augusto servaretur, ideo anni initio M. Lollius solus consulatum gessit, dein Caesare, in Sicilia degente, Consulatum non accipiente, tantum denuo factionum et turbarum exstitit, ut vix tandem Lepidus Consul creatus fuerit." Itaque haud temere Suetonius utrumque Consulem una cum VI. Idus Decembr. Poetae natalibus assignavit. — Annum vero U. C. DCCXLVI. Horatii

nuncupato, cum, urgente vi valetudinis, non suffi-

---

emortualem fuisse; docet Suetonius: „*Decessit — tabulas.*" Error tamen est, sive ipsius auctoris, sive scribarum culpa, in aetatis annorum nummero. Etenim cum Horatius VI. Id. Decembr. Ann. U. C. DCLXXXIX. natus sit, XI dies anno LVII. deerant, cum V. Cal. Decembr. anno DCCXLVI. mortem obiret. Atque si ille per consulatus numeraverit, ac utrumque extremum numerationi incluserit, tum tamen LVIII. annum Nostro assignare debuisset. Nec mendo carent quae Hieronymus in Chronico prodit; si Scaligeri Editionem cum Cl. Ger. Joan. Vossio (de poet. Latin. p. 28. ed. in 4.) sequamur. Ibi enim ad Olymp. CXCII. Ann. III. seu num. M.M.VII. legitur: „Horatius *quinquagesimo aetatis suae anno Romae moritur.*" Verum rectius ipsemet Scaliger in Animadversionibus (p. 172. sc.) ad eum locum, eadem repetens Hieronymi verba, *quinquagesimo septimo* habet; quod et in aliis editionibus reperitur. Ut nullus dubitem, quin verus hicce numerus et apud Suetonium olim fuerit, non vero LIX.; siquidem ab illo auctore Hieronymus mutuatus est, quae de viris illustribus Romanis Chronico Eusebiano addidit. Deinde cum omnes temporis notae, quibus Horatii obitus in Chronico signatur, eum ad ann. U. C. DCCXLIV. alligaverint, vel potius ad ann. DCCXLIII. quo juxta methodum Eusebianam — (ex qua Olympiaci anni per prolepsin novem circiter mensium revocantur ad caput anni Abrahae, intra quem veri Olympiadium anni oriuntur. Etenim Ann. III. Olymp. CXCII. vere inchoare non debuit, nisi per aestatem anni U. C. DCCXIV. quo ad Autumnum usque currebat annus ille Eusebianus Abrahae M.M.VII.) — ab Autumno coepit annus Abrahae M.M.VII. ac III. Olympiadis CXCII.; inde sequitur, prochronismum saltem biennii commissum esse ab Hieronymo in assignanda Horatii morte, uti recte magnus ille

ceret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus et condi-

---

vir Scaliger animadvertit. Ea enim ad Ann. Abrahae MMIX., ut idem doctissimus vir censet, protrahenda, vel potius ad Ann. MMX., qui ortum duxit ab Autumno menseque Octobri Ann. U. C. DCC.XLVI., cujus mense Novembri vita functus est Horatius, et, ut vitae scriptor addit: „*conditus est extremis Esquiliis* juxta Maecenatis tumulum. — Nam Maecenatem quoque A. U. C. DCCXLVI. decessisse, testis est Dio L.IV., (non vero Coss. sequentibus, uti male Dousa autumat, Schediasm. ad Propert., ac Torrentius ad Od. I, 1. et II, 17.) et quidem *ante* Horatium, innuit Suetonius verbis: „*Maecenas quantopere — memor:*" (cf. §. 3. et §. 4.) Obiit igitur prior Maecenas, nec bene Noster Musarum sacerdos amico potenti palpans vaticinatus fuerat. Od. II, 17.

Nec diis amicum est, nec mihi, te prius
Obire, Maecenas etc.

At vero Flaccus, qui olim imbellis (sic) et parum firmus miles haud omnino bene ad sui sub Bruto sacramenti oblivionem processerat, ut cum Tacito (sc. Annal. L. XV. 67.) loquar, fortiter tamen, integerrime et impavide morte sua illud praestitit, quod fautori summo dixerat, eadem Ode:

Ah, te meae — — parati.

Massonius. vit. Hor. s. l. aet. ann. LV — LVI. et LVI — LVII. — Rutgersius ex Eusebiano Chronico reposuit *septimum;* Chronographi dispiciant. Baxterus. — Item: Rutg. ex Chron. Eus. pro *nono* reposuit *septimum;* quod exigit Chronographia. Valart. — Repetit quoque Baxteri verba, additque mire: *natus igitur est a. U. C.* 688, *ante Chr.* 62., *obiitque a. U. C.* 748. *ante Chr.* 2. (sic. sic.) Bothius ed. B. G. Z. — Rectius Jani., Preiss., Mitscherl., Wetzel., Vanderb., Baumg.-Crus., Fea, Bothius in ed. F. H., Jaeck., Doeringius etc. — In *post nonum* erravit vel Suetonius, vel

et conditus est extremis Esquiliis juxta Maecenatis

---

librarius, nam consules dicti definiunt numerum annorum LVII. — Horatium vero A. U. C. DCCXLVI. V. Kal. Dec. mortuum esse, et quidem subito, ut ne signare quidem testamentum posset, docet Suetonius, errore tamen in annorum Horatii numero admisso, dum LIX. pro LVII. ponit. Hieronym. Chron. Euseb. ad Olymp. 192, 3. *Horatius quinquagesimo septimo aetatis anno Romae moritur.*" — Eodem anno inclinante moritur Maecenas teste Dione LV., et quidem ante Horatium; quod cur ex ejus vita, a Suetonio conscripta, intelligere pertinaciter noluerint Turnebus, Torrentius, Dousa, A. Schottus, (obs. II, 60.) et Sanadonus, equidem non capio. — *palam* i. e. ac *viva voce*. cf. Justin. Instit. L. II. T. X. §. 13. Jani. ad. l. l. et in vit. Hor. ad ann. digesta. — Repett. Mitscherl. ibid., et Bothe in ed. F. H. vv. ll. — Q. H. Flaccus, natus Venusiae, sive Venusii, Apuliae urbe, Lucanorum agris confini, (S. II., 1, 34 — 39. cf. carm. III., 4, 6 seqq.) quo Dauniorum colonia a. u. 461. fuerat deducta, auctore Velleio (I, 14, 6.); i. e. Manlio Torquato et L. Aur. Cotta consulibus., quos ipsos coss. nominat Suetonius, sive a. u. 688. (vid. Freinsh. suppl. Liv. 101. 23.), duobus ante Ciceronem consulem annis, et quidem mense Decembre, (ep. I, 20, 27.) ubi simul dicit, se Lepido et Lollio (Q. Aemilio Lepido, M. Lollio, Freinsh. suppl. Liv. 196, 18 et 19.) coss., i. e. a. u. 732. implevisse annos 44: cujus quidem mensis diem Sueton. definit VI. id. Dec. (sive 8. Dec. d.) — Caelebs per totam vitam, (III., 8, 1.) mortuus, referente Suetonio, V. Kal. Dec. (d. 27. Nov.), C. Martio Censorino, C. Asinio Gallo coss., i. e. a. u. 745., a. aet. 57mo, (quod et Eusebius refert in Chron. ad ol. 192, 3.) undecim post Virgilium suum annis, ann. 734. aet. 51. mortuum, et viginti ante mortem Augusti, sepultus est extremis

tumulum.

Esquiliis juxta Maecenatis sui tumulum, qui eodem anno vergente mortuus erat, teste Dione Cass. 55., ante poetam nostrum, qui, illi se superstitem esse nolle, antea jam ad illum ipsum scripserat carm. II, 17. ERNESTI. Parerg. Horat. p. I. et IX. — Tous les Ms. connus portent, comme ici, *nonum et quinquagesimum;* mais, en conservant leur leçon, je dois conserver aussi l'avertissement des interprêtes qui en on démontré l'erreur. Ce n'est pas à *cinquante-neufans*, mais à *cinquante-sept* que mourut Horace. Cela est prouvé par les désignations que l'on vient de lire de l'année de sa vie et de celle de sa mort. L. Cotta et L. Torquatus furent consuls l'an de Rome 688; C. Martius Censorinus et C. Asinius Gallus, l'an 745. Le calcul est facile à faire. VANDERBOURG. — Natus a. u. 689., decessit a. u. 746., unde scripsi cum Wolfio: — *post septimum et quinquagesimum annum* pro vulg. *post nonum et q. a.* Nimirum nota *LVII.* corrupta est in *LVIIII*, ut veteres scripserunt pro seriore more *LIX.* BAUMG.-CRUSIUS. — Repet. verba Jani de annorum numero et Cl. JAECK. — Temporum ratio postulat *septimum. palam* i. q. *voce coram testibus.* DOERINGIUS. — Laudant etiam viri docti haud raro Georgii Fabricii Chemnicensis sententiam de Horatio ejusque scriptis; — (ita e. c. totam paene habet paucisque modo mutatis et omissis cl. v. Henricus Stephanus in additamentis ad edionem anni 1588 p. 6—12.) — quam vero, ne nimis atque nimis multi fiamus, huic loco adscribere noluimus. Item ineptiarum, quas profert de morbo et morte Horatii optimus Groschuffius, nullam faciemus mentionem.

De
Quinti Horatii Flacci
Vita
Dissertatio *).

Quintus Horatius Flaccus [1]) natus est VI. Id. Decembr. [2]) ann. u. DCLXXXIX. L. Cotta et L. Torquato consulibus. Ita vitae, in quam commentamur, scriptor [3]), et variis locis [4]) ipse poeta noster. Venusii vero, praediolone, quod prope ad hanc urbem pater [5]) possedisse videtur, susceptus sit, parum

*) Dissertationem hanc ita exaratam esse, ut perpetui in vitam Poetae, a Suetonio conscriptam, commentarii vice commode esse possit, non opus est fere, qui moneamus.

1) De praenomine, nomine et cognomine Poetae cf. Sat. II, 6, 37. Od. IV, 6. Epist. I, 14. Epod. XV. Sat. II, 1, 18. — Ovid. Trist. IV, 10., 40. Senec. Ep. 119. 120. Plin. IX. Ep. 22. Martial. I, 108. VIII, 18. Senec. Ep. 86. Plin. Hist. LX, 52.

2) Sunt anni totum per commentariolum juxta Varronem: itaque, octavo die Decembr. ann. 65 ante Chr. n. —

3) cf. Vit. Suet. §. 21. et ibidem quae mon. viri dd. —

4) cf. Od. III, 21. Epod. 13, 6. Ep. I, 20, 27. —

5) cf. Sat. I, 6, 71.

liquet. Tenent solummodo viri docti [6], Venusium [7], sive Venusiam, Dauniorum fuisse coloniam, εὐτείχιστον, et in confinio Apuliae, Lucaniae Calabriaeque ita sitam, ut, cui regioni sit adscribendus, ipse fere Flaccus [8]) nesciverit. Eo quantum interpretes [9]) haeserint, difficile est dictu. At antiquos regionum fines, parvulis illis urbium [10]), ante liberarum, agris immenso Romanorum imperio additis, minus strenue observatos, vel distractos, prorsusve neglectos esse, quis est, qui hodie miretur? Illi certe non sunt audiendi, inde qui colligant, istarum regionum incolas nec a Romanis [11]), nec ipso ab Horatio magni habitos esse, quum, eosdem ob res saepius bene gestas summi aestimatos fuisse, pro certo constet. Desunt ceterum nec loca [12]), quae, diligentius ea ubi perspexeris, facile te doceant, voluisse Nostrum haberi Apulum, nec libri, et manu scripti, et editi [13]), quos ea in re sequamur,

---

6) Post Massonium interpretes fere omnes: ad verbum Jani, Mitscherl., Preiss, Doering etc.

7) Obvenit Venusium et Venusia. „Οὐενουσία" ap. Strab. — Venosa hodie. — cf. Od. IV, 6. Plin. Hist. N. III, 9. Strab. VI, 195. Vellej. Pat. I, 14. Mart. VIII, 18. Juven. Sat. I, 51.

8) cf. Sat. II, 1, 34—38. Od. III, 4, 9—13. Od. II, 6. —

9) Quot scripserint de confinio villae Horatianae vid. ad. §. 18. vit. Suet.

10) Tenuere e. c. antiquissimis temporibus Venusium urbem Samnites. Romana in eam deducta est Colonia a. u. CDLXII. Discrimen omnino fuit inter Apuliam Dauniam, Peucetiam etc.

11) Perdidit ea de re operam Chabotius in prolegg. sub Tit. „de patria Venusini." —

12) cf. Od. IV, 6. III, 4. etcm. —

13) e. c. vita e Cod. Msc. J. Sichardi, quam in edit. Basil. 1527. reperies. — altera vita e III. codd. mss. Blandd. — Codd. mss. Jani.,

digni. Sed quod regioni fuerit nomen et quos habuerint incolae mores licet nesciamus, id tamen constat, fuisse illam satis amoenam, quae viris doctis nominetur vere poetica [14]. Pingunt venustas Aufidi spumantis ripas, addunt Vulturis montis amoenitates, quae [15], Musarum nisi tutela gavisus esset, poetam nostrum, annorum circiter sex puerum, perditum paene misissent. Verum ea omnia ad rem minus spectare videntur. At aetatem, qua in lucem editus est Noster, ad procreandum poetam tantum, quandum vix singulum quodque saeculum proferre queat, totam fuisse idoneam [16], quis est, qui neget? Scimus nimirum, summis ab imperatoribus arma gentis togatae remotissimos ad orbis terrarum populos toties lata fuisse, ut, novos quaesituri triumphos, illi ipsos jam cives saepius petere debuissent. Nec tamen bellis solis domandisque exteris Romani tunc operam suam collocabant; inde enim tertio a bello Punico praeclare finito literis quoque favere [17] prospere inceperant, iidemque, qui captae deletaeque Corinthi artificiis quondam insultaverant, totius Graeciae artes atque disciplinas Romam transferre [18] paulo post concupiebant. Id quidem ex eo

---

Feae, Vanderbourg., etcm. — Interpretum editiones post Massonium omnes. —

14) e. c. Wanderungen am Ufer des Ofanto (sine nomine) Wien 1802. —

15) ipse Noster Od. III, 4, 9—21.

16) Egerunt de eo, quod Horatii poemata tempori debeant, praesertim Wieland, Lessing, Ommeren, Vanderbourg. —

17) — Optime id nos docent Ciceronis scripta, e quibus, Graeciae Romanos sua fere omnia debuisse, facile est cognoscere. Indulgere vero literis omnino inceperant Scipionum tempore.

18) Hic non possum non laudare librum, in manus quam plurimorum qui veniat, admodum dignum: „Dr. C. Sachse, Geschichte u. Beschreibung der alten Stadt Rom etc., zur Förderung eines gründlichen Studii

colligere fas est, quod hac in urbe non solum, sed per provincias quoque Graecorum libri tam cupide legerentur, ut, neminem potuisse tunc temporis summos adire honores, praeter utriusque sermonis gnarum, viri docti [19]) nobis tradant. Quin, voluere quidam [20]), nullos illo aevo habuisse Romam cives improbos, quippe quod, Cicerone suffragante, omnis eorum pestifera sentina cum Sergio parricida ad inferos missa fuisset. Quibus tamen et ipsae res gestae, et scriptorum omnium testimonia male respondent. Dulcius vir quidam pereruditus [21]), eximia illius aevi praeclarorum hominum nomina diis superis ita curae fuisse, vult, ut, fruendae causa libertatis jam moriturae, optimum quemque vita tum donassent. Nec abest a re vir alius doctus [22]), qui, natum esse Nostrum, ait, quo tempore celebres erant in civitate ex poetis Valerius Catullus, Licinius Calvus, et Helvius Cinna: ex oratoribus M. Cicero, Q. Hortensius, et Q. Catulus: ex philosophis Varro Terentius et Figulus Nigidius. Quibus adde Gallum, Virgilium, Ovidium, Petronium, Lucanum, Propertium, Tibullum, Sulpitiam, Per-

---

der röm. Schriftsteller. Hannover 1824 — 1828. — Huc pertinet Tit.: „Rom bis z. Triumph der Procons. etc. —

19) e. c. Earl of Roscommon in introd. ad poem. sing. Poet. Venus. p. XIX. — Ipse Noster adludit. Od. III, 8, 5. —

20) cf. Three Dissertations on the Characters of Augustus, Horace and Agrippa by the Abbe de Vertot. etc. etc. Additament. IX. —

21) „En vérité, je ne suis pas étonné de ce que le siècle d'Auguste a été aussi riche en grands esprits. Le Dieux ne durent ils pas faire naitre tous ceux qui devoient encore voir les jours heureux de la république qui allait mourir?“ — Journ. l. gr. s. Par. ann. 1828. p. 1273.

22) Crinitus in Q. H. Flacci vita. (varr. eadem vita additur editionibus, s. c. Bondianis fere omnibus.)

sium, quos omnes quindecim lustrorum aetas conspexit. — Ita viri docti. — Nos quidem, omnia, quae ad rem non prorsus spectent, praetermittentes, satis habebimus, proferre hic quaedam de Horatio patre [23]), in quo summum sibi a diis immortalibus bonum inpertitum esse, ipse Poeta variis locis profitetur. Lento tamen procedamus pede [24]) necesse est, nam ne id quidem scimus, unde ille vir originem duxerit, quodve nomen habuerit, quamquam existebant [25]), qui, Graecum eum fuisse, suaque filio [26]) nomina dedisse, suadere vellent. Haerent scilicet interpretes partim in „Horatio", partim in „Flacco", in illo anxie reperientes [27]) *ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν τὸν Ὁρατόν*, in hoc temere conspicientes ob vocis significationem, male intellectam, mores nostri [28]); ab aequalibus depictos; dubitantibus denique paene omnibus [29]), sitne pater libertus nominandus, i. e. *manu missus*, an libertinus, i. e. *liberti filius*. *Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ*! Nulline exstitere ante Nostrum Horatii, nullique Flacci? Adde, Suetonii non solum, sed Ciceronis jam tempore, ingenuorum jura et titulos omnibus con-

---

23) quae de patre poetae Venusini scripserint viri docti, videbis ad §. 1. Vit. Suet. — Ipse Horatius de patre suo agit Sat. I, 6, 65 — 86.

24) Quantam perdiderint viri docti in derivanda Q. H. Flacci origine operam, difficile est dictu. cf. tamen Variorum notas ad §. 1. Vitae Suetonii. —

25) e. c. Baxterus, Gesnerus, Valartus ad §. 1. Vit. Suet.

26) e. c. Chabotius multus ea de re fuit in libro supra laudato.

27) e. c. Fabricius Chemnicensis, cujus ea de re sententias videre est ad §. 1. Vit. Suet.

28) e. c. Groschuffius ille, vir ineptiis plenissimus, in prolegg. germ. ad vers. suam opp. omn. Hor., Cassel. 1749, p. 44. —

29) cf. Massonii Vita Horatii, p. 4 — 9.

cessos esse, qui e parentibus, libertate donatis [30]), nati fuissent. Romae vero antiquissimis jam temporibus Horatios fuisse, pro certo constat [31]), quamvis, unde illam in urbem commigraverint, et quibus annis singuli adscribi debeant, parum liqueat. Ita et trigemini illi non Albanis, sed Romanis accensendi sunt. Duas ceterum Horatiorum familias commemorari, facile est videre. Earum altera patricia fuit, eique primus a viris doctis [32]) adscribitur Horatius Pulvillus: Inde [33]) et Horatii Pulvilli, — (e. g. M. H. Pulvillus, cons. a. u. 244.) — et Horatii Barbati, — (e. g. M. H. Barbatus, cons. a. u. 305.) et Horatii Coclites, — (e. g. P. H. Cocles.) — Altera plebeja fuit, eique trigemini Horatii adscribuntur et ex Flaccis praeter Nostrum illo ex aevo Verrius Flaccus [34]), vir grammaticus, in domo Catilinae, aedibus Augusti addita, rhetoricam artem tunc temporis professus. — Sed quidquid ejus rei sit: nunquam certe et nusquam invenientur, qui parvi habeant patrem, cui a filio monumentum conditum est, quo tamdiu homines delectabuntur,

---

30) cf. Sat. I, 6, 45. — Eum locum interpretaturus, pervariisque jam ac permultis aliorum sententiis laudatis, addit Massonius in vit. H. p. 9. „Horatius ergo, patre jam libertate donato, primam lucem vidit, siquidem, pro hujus aevi consuetudine, Ingenuus est, qui statim, ut natus est, liber est, uti Jurisconsulti definiunt. —

31) cf. ea de re et de trigeminorum origine sententiam Livii: Lib. I, 24. 25. Hist. univers. X. §. 73. —

32) vid. et. C. P. Funke Real-Schullexicon de gente Horatia.

33) cf. Liv. II, 8, 15. VII, 3. Tacit. H. III, 74. Cic. Dom. 53. Liv. II, 51. III, 39. 49. 64. IV, 6, 35. VI, 6. 31. III, 30. 32. II, 10. Dionys. II, 15. Liv. I, 24. Cic. inv. II, 26. pr. Mil. 8. Plutarch. in vit. s. 1. —

34) — Suet. Vit. ej. Fl. — (de clarr. orr. 17.) — C. Sachse altes Rom, T. I. p. 596. et. T. II. p. 15.

ctabuntur, quam diu artibus literisque gaudebunt. De hoc tamen infra. Suetonius ceteroqui, ipsum Poetam sequutus [35], patrem coactorem nominat: numne vero Venusii jam tale munus administraverit, an Romae demum sibi comparaverit, parum constat, quamquam verisimillimum est, eundem, perspecta indole filii [36], quem mancae ac jejunae Venusinorum praeceptorum disciplinae tradere nollet, agelloque vel relicto, vel vendito, Romam [37] migrasse et ibi coactoris munus coemisse, quo sibi suisque victum pararet. At ea omnia quantopere poetae nostro [38] fuerint saluti, facile est videre. Romae enim tum literae tam avide colebantur [39], ut, quamvis res publica cinis modo dolosus poetis videretur, illa tamen tempora a nobis commode possint prima nominari aureae aetatis initia. Quo quidem non dicamus, patefactam fuisse omnibus ad res literarias viam, — quippe quae aditu esset difficilior, — verum iis, qui divitiis non essent destituti, nullam tum Romae defuisse ad educandos erudiendosque suos occasionem, quis est, qui neget? Quibus quidem et Nostri patrem accensere eo minus dubitamus, quo distinctius ipse poeta variis locis profitetur [40], satis sibi patrem opulentum fuisse, qui equestris ordinis juvenibus

---

35) cf. Vit. Suet. §. 1. et quae ibidem viri docti. — cf. Sat. I, 6, 86. —

36) cf. I. Sat. 6, 72. —

37) — inde a Massonio omnes fere, perditum postea esse praedium, contendunt.

38) cf. Epist. II, 2, 45.

39) Testantur eam rem Ciceronis opera. — adludit ipse Noster Od. II. 1, 1 — 8.

40) habuisse nimirum prae oculis videntur viri docti illud (Sat. I, 6, 71.) „qui macro pauper agello," obliti, addidisse poetam (versib. 78 — 80.) — — — „vestem servosque sequentes

filium aequipararet. Attamen non defuere[41], qui, patris paupertatem solo filii ingenio vinci potuisse, contenderent, qui vero, unde id noverint, vix probabunt. Nos quidem, quod scimus, ea re Nostrum non impeditum fuisse, quominus commode erudiretur, immortaliter vere gaudemus, quum, ista eum solummodo, qua ad altiora provehebatur, via tantum potuisse evadere poetam, pro certo habere non dubitemus. Ipse enim, ad dies quamvis res suas juveniles nobis non depinxerit, haud tamen tam raro[42] ad eas alludit, ut, quomodo sit educatus atque eruditus, prorsus nesciamus. Ita complurium praeceptorum disciplinis eum interfuisse[43], variis e locis facile colligimus. Sed eorum e numero[44] qui Attejum quoque Philologum fuisse putarunt, vix ac vix quidem fontem, e quo hauserint, nominabunt: eodemque modo, qui Cnejum quendam Popilium adpellavere, errasse, et Orbilium Pupillum vocare voluisse videntur. Quem vero Orbilium quum Noster solum nomine[45] adpellet, et ita quidem, ut multorum sibi magnam commoverit

---

In magno ut populo si quis vidisset, avita
Ex re praeberi sumtus mihi crederet illos."

41) e. c. vita manu scripta, quam habet Jac. Locheri ed. Venet. 1498, — tradit: „quem (Nostrum) quum pater puerum Romam misisset, in ludum literarium, parcissimis eruditus impensis, angustias patris vicit ingenio. — cf. ad. §. 19. Vit. Suet.

42) cf. Sat. I, 6, 70—82.

43) cf. Masson. Vit. Q. H. Fl. p. 22. 23.

44) Ita habet Vita, quae obviam fit in editione opp. omn. sine loco 1494. cum not. Fr. Petrarchae, — „usus est ORAZZIUS Flaccus magistro Popilio." — et in notis, quas d. v. Chabotii editioni primariae vir quidam eruditus manu adscripsit, legimus: — „Cnejum habuit Popilium praeceptorem.

45) Epist. II, 1, 70. 71.

fram, qui, quod hominem elusisset, de ipso bene meritum, maximisque aliorum laudibus elatum [46]), summo ei verterunt crimini, pauca hic de eodem proferamus liceat. Sequemur tamen Suetonium [47]). „Orbilius Pupillus, Beneventanus, morte parentum, una atque eadem die inimicorum dolo interemtorum, destitutus, primo apparituram magistratibus fecit, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit: functusque militia, studia repetiit, quae jam inde a puero non leviter attigerat: ac professus diu in patria, quinquagesimo demum anno Romam, Consule Cicerone, transiit, docuitque majore fama, quam emolumento. Namque jam persenex pauperem se et habitare sub tegulis, quodam scripto fatetur.“ Inde vero ipsi id accidit, quod ex umbraticis viris haud paucis, acerbus factus est. Unumquemque omni sermone laceravit, ac ne principum quidem virorum insectatione abstinuit. Virque, abs quo liber scriptus fuerat, continens querelas de injuriis, quas professores negligentia et ambitione parentum acciperent, qui potuit in discipulos non plagosus inveniri? Itaque scripsit Domitius Marsus:

„Si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit,“

et Noster:

„— — — memini quae *plagosum* mihi parvo
Orbilium dictare.“

nam haec sunt, ob quae [48]) parturiunt montes. Istas ceterum,

---

46) Statuam ipsi Beneventanis a civibus positam fuisse, memorat Suetonius in vita ejus.

47) sc. Vit. ej. in Suet. op. de ill. gramm. —

48) adponam prae ceteris omnibus ea de re Joh. Dav. Kahlenhammeri verba, qui: „Abgesehen von der jedem noch unverdorbenen Gemüthe gefährlichen Schlüpfrigkeit (sic! expurga modo!) dieses Dichters, möchte ich ihn auf Gymnasien schon deshalb nicht gelesen wissen, weil sein Seitenhieb auf einen Lehrer, dem er Alles verdankt, ihn als einen hämischen Menschen bezeichnet.“ profert in prol. germ.

quibus Noster interfuit, disciplinas [49] ab illis non diversas fuisse, quae institui tum Romae solerent, variis e locis viri docti collegerunt. Quantum vero in literis Horatius, puer, profecerit, quantoque opere poeticam praecipue ad rem ingenium ejus mature jam versum sit, vel inde patere nobis videtur, quod, graecos tantummodo versus componere se ad id usque solitum fuisse [50], quo nocturna Romuli visione ad latinos revocatus esset, ipse fatetur. — At majora ac omnibus aliis poeta noster patri debuit, quo meliorem, honestiorem, exoptatioremque se ne cogitare quidem potuisse, ipse tam aperte [51] declarat, ut eo conditum sit patri monumentum, aere vere perennius. Quid est, quod impediat, quominus versus adponamus [52]?

---

ad vers. Art. Poet. — Ὦ ζεῦ, unde novit, omnia sua Nostrum Orbilio debere? ubinam gentium est in l. illo l. ingrati animi nota?

49) cf. Masson. l. l., qui p. 20. laudat Statii Sylv. V, 3. Quinctil. inst. I, 8. Plin. jun. Ep. II, 14. Suet. V. Q. Cec.

50) Sat. I, 10, 35. —

Atque ego eum Graecos facerem, natus mare citra,
Versiculos; vetuit me tali voce Quirinus etc.

cf. quoque Juvenal. Sat. III, 61.

51) — sc. Sat. I, 6, 71—99.

52) — J. Beattie, vix ex philosophis anglicis satis notus, posse, quodam scripto ait, eruditorum hominum ingenia ipsorum e scriptis optime cognosci. (est lbr. Tit.: — Essays on Poetry and Musik as they affect the mind.) — Cui, si unquam, hoc loco lubentissime ac certissime assentimur, miramurque, quomodo tamdiu potuerint viri docti ea de re tacere. Maluisse tamen illi videntur versari in refutandis quorumdam interpretum ineptiis, quam in protrahendis ad lucem iis poematum Nostri locis, e quibus, qui et qualis poeta non solum, sed homo quoque et civis fuerit Horatius, facile intelligi potest.

„Causa fuit pater his, qui macro pauper agello
Noluit in Flavi ludum me mittere, magni
Quo pueri, magnis e centurionibus orti,
Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto,
Ibant, octonis referentes idibus aera;
Sed puerum est ausus Romam portare docendum
Artes, quas doceat quivis eques atque senator
Semet prognatos. Vestem servosque sequentes
In magno ut populo, si quis vidisset, avita
Ex re praeberi sumtus mihi crederet illos.
Ipse, mihi custos incorruptissimus omnes,
Circum doctores aderat. Quid multa? Pudicum
(Qui primus virtutis honos) servavit ab omni
Non solum facto, verum opprobrio quoque turpi;
Nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim
Si praeco parvas, aut, (ut fuit ipse) coactor
Mercedes sequerer. Neque ego essem questus; at hoc nunc
Laus illi debetur et a me gratia major.
Nil me poeniteat sanum patris hujus; eoque
Non, ut magna dolo factum negat esse suo pars,
Quod non ingenuos habeat clarosque parentes,
Sic me defendam. Longe mea discrepat istis
Et vox et ratio. Nam, si Natura juberet
A certis annis aevum remeare peractum,
Atque alios legere; ad fastum quoscunque parentes
Optaret sibi quisque; meis contentus, honestos
Fascibus et sellis nollem mihi sumere, demens
Judicio vulgi, sanus fortasse tuo, quod
Nollem onus, haud unquam solitus, portare molestum."

Nominari tamen debent Lessingius noster, Wielandius, Ommerenius, Vanderbourgius, Gueringius. —

Quos quidem versus legentibus nobis nunquam non contingit, ut, numne patrem ob indefessam pro filio erudiendo industriam potius admirari, an filio majores pii animi laudes impertire debeamus, prorsus incerti simus. Uterque igitur omne in aevum exhibeto omnibus, probi qui haberi gestiant, piae imitationis exemplum: parentibus pater, qui filium literis non solum, sed virtuti quoque adduxit: filiis filius, qui, altissimos evectus ad honores, patris humilioris non modo non immemor videri, sed ejus laudes tam clare proferre voluit, ut, quem, coactorem, Romae perpauci forsan cognoverant, ejusdem nunc *gloria nesciat interire.* — Horatium vero a patre aetatis anno circiter [53]) decimo Romam deductum esse, quum a viris doctis tradatur, non dubitamus, quin, et tempori illi multa infuisse, arbitremur, quae ad juvenem educandum erudiendumque admodum valerent. Ita facinora si cognoverat puer, quae a Sergio illo Catilina ac a pestifera ejus sentina patrata erant, juveni virtutes quoque innotuisse puto, quibus enixi probissimi quique periculosam scelestorum seditionem oppresserant. Nec est, cur Ciceroni ac Catoni non addamus Pompeji Juliique Caesaris nomina, et Bruti atque Cassii, qui viri, ut ab aequalibus, ita a nostratibus quoque maximi habentur. Quamvis enim non desint [54]), nec, qui Ciceronem et Catonem aetate provectiores fuisse dicant, qui rei publicae saluti satis consulere

---

53) Ex Od. III, 4. conjicere est, Horatium vix ante vitae annum octavum, patria relicta, in Urbem deductum esse; quem tamen pater
Puerum est ausus Romam portare docendum etc.
quibus si adjiciamus Epist. II, 1, 70. 71. et Epist. II, 2, 41. 42., facile intelligemus, poetam adhuc praetextatum, et aliquot ante annis, quam virilem togam indueret, Romam cum patre migrasse. Ita Masson Vit. Hor. p. 19. —

54) Iisdem respondent viri doctissimi Ommeren, Wieland, Lessing, in II. II. et Klotzius in vindisiis suis p. 172. —

potuissent: nec, qui Pompejum Caesaremque tam magnam jam nactos fuisse potestatem censeant, qua abdicare commode nequivissent: nec denique, qui Cassii et Bruti opes nimis arctas fuisse arbitrentur, quae ad acquirendas e vili Romae urbis plebecula partes recte valuissent; in eo tamen ad unum omnes consentiunt [55], fuisse illos viros satis magnos, quorum singulum quemque ex optimis quibusque haud pauci sequerentur. At Caesar quum, novo inter cives bello conflato, post proelia ad Pharsalum et Mundam rerum publicarum potitus, Dictatorque perpetuus appellatus esset, adolescentes ingenui atque liberaliter educati non potuere non omnem suam literis collocare operam, quippe qui Musarum potius sequi vellent castra, quam legionum, quarum cohortes [56] non militibus, sed mercenariis constipatae erant. — Itaque et noster, sumta anno aetatis circiter [57] decimo sexto toga virili, ludos illos, quos Caesar,

55) de eo solum digladiati sunt complures, numne Bruto major, an Cassio rei militaris peritia fuerit. Ita et Masson. in vit. H. ad ann. vitae XXII et XXIII.

56) magnum faciendum esse discrimen inter milites Romanos, Scipionibus ducibus, et Caesarianos illos, e Gallia adductos, nemo negabit, quamquam, et hos fortissimos fuisse, concedamus neccse est.

57) Habet doctissimus Masson in l. l. ad ann. XVI et XVII.: „hoc anno, forsan ineunte, Horatius pro hujus aevi consuetudine, potuerit togam virilem assumere; quam constat inter V. Kal. et III. Non. April. a Cicerone datam filio, qui et eodem anno ac Noster natus, mense, ut videtur, quintili, post Comitia centuriata, L. Caesare et C. Figulo Coss., designatis sc. in sequentem annum U. C. DCXC, non vero jam munere fungentibus, uti perperam censet cl. Dodwell cum aliis. Profecto his temporibus Togam virilem non nissi XV. aetatis anno completo datam, alia insuper exempla probant. Verum sub imperatoribus aliquanto maturata est, atque XIV. absoluto sumta.“ — Assentiuntur recentiores omnes.

de civibus prostratis terque quaterque triumphans, Romanis egit, panem Circencesque petentibus, spectare noluit, sed *sapientiores quaesiturus* [58], Athenas profectus est. Id quidem anno aetatis Poetae circiter vicesimo [59] factum esse, viri docti probare student, iisdemque assentiri eo minus dubitamus, quo certius constat, Roma eodem anno Athenas complures [60] quoque alios juvenes commigrasse. Ipsius poetae in operibus ea de re nihil reperies, nisi quod, novum ante bellum civile inter Caesarianos et Brutianos Athenis eum jam fuisse [61], variis e locis pateat. Tamen non desunt, qui, paulo ante Horatium Romam reliquisse, dicant, propterea, quod multi melioris notae libri, et scripti et editi [62], Poetam prima aetate Epicuro inservisse, provectiorem vero annis Academicae se disciplinae addixisse, tradant. At interpretes calculis saepe liberius usos, locaque laudata ita nonnunquam interpretatos esse, ut nec ab ipsis, nec a nobis ea intelligi possint, quis est, qui non aegre saepe tulerit? Ita nostrum mox Epicureum, mox Peripateticum, mox Stoae amicum nominatum esse [63], eo minus miramur, quo saepius inventi sint, qui, eum non litera-

rum

58) — habet haec verba Vita ex exempl. vet. (Bas. l.) descripta. — et alt. vit. Loch. ed. Venet. 1498. cf. §. 19. —

59) — Sequuntur et hic Massonium (p. 33—85.) recentiores fere omnes.

60) — Nominantur ab interpretibus Cicero filius, Bibulus, Acidimus, Messala, Varus. etc. — cf. Cic. ep. ad Att. XII, 23. 26. 27. 31. 51. XIII, 24. XV, 13. 15. de offic. l. pervv. ll.

61) cf. e. c. Epist. II, 2, 43—45.

62) ita e. c. vita ex ed. Jac. Locheri Venet. 1498. — cf. §. 19.

63) Eos refutat Masson. in l. l. ad ann. vit. Nostri XXI et XXII. — cf. tamen Epist. I, 4 et 15. et Epist. I, 1, 13—19.

rum amore ductum, sed in comitatu [64]) geometrae sive finitoris cujusdam, Athenas profectum esse, suadere vellent; qui, unde gentium id noverint, si quaeres, respondere forsitan non dubitent, ipsum Poetam cecinisse:

„scilicet ut curvo possem dignoscere rectum,
atque inter silvas Academi quaerere verum“ [65]).

Ὦ τῆς λεπτότητος τῶν φρενῶν! — Athenis ceteroqui juvenes Romanos, liberaliter educatos, pereruditi [66]) commode potuisse, eo certius constat, quo majora aevi illius nomina a viris doctis nobis traduntur. Cratippo addamus hic prae ceteris necesse est Theomnestum [67]), quo Brutum, Athenis commorantem, saepissime usum esse, interpretes commemorant.

Quorum cui plurima Horatius debuerit, parum quidem liquet; eum vero Athenis non frustra literis incubuisse, cum ipse fatetur versibus:

„Adjecere bonae paulo plus artis Athenae, etc. [68])“

tum omnia ejus opera palam produnt, quae graeca, quam vocant, venustate, graecoque decore plenissima esse, nunquam eruditis non videbantur. Quin, nonne et ipse Poeta, graecis praesertim Musis cuncta se sua debere, libenter profitetur [69]), om-

---

64) Ita e. e. Groschuffius in l, l. p. 47. —

65) Epist. II, 2, 43.

66) Cratippum Romanos juvenes prae ceteris tum temporis audivisse, Cicero in officiorum libris locis variis testatur.

67) Plurimus ea de re est, et jure, ut videtur, Ommeren in l. s. l. — (Mire nominat, illius verba sc. male describens, interpretum recentiorum quidam pro Theomnesto Theopompum: cujus tamen nomen ad lucem edere non volumus.)

68) Epist. II, 2, 42—44. —

69) Horatianarum Odarum magnam partem ad exemplaria graeca a No-

nibusque, ad altiora qui evehi velint, eodem ut hauriant e fonte, avide suadet? — Verum literarum, quibus totum se, ut credimus [70]), Athenis addixerat, a studio Noster, aequo ac multi alii modo, paulo post detractus est [71]), nova qui quaereret, prorsusque adversa castrorum pericula. Pax enim quietioraque tempora quamvis, Caesare Dictatore, civitati Romanae reddita essent, permulti tamen aderant cives, quibus, floruisse quondam quum scirent rem publicam proborum virtute complurium, nec vero unius voluntate, nova imperandi ratio accepta esse non posset. Nominasse [72]) satis habebimus Ciceronem, qui, probos omnes ad tyrannum tollendum paratos fuisse, scriptis suis satis clare demonstrat. —

Eorum vero omnium primi habendi, quos ultimos Romanos jam veterum quidam [73]) nominavere, Brutus atque Cassius.

---

stro composita esse, satis constat. — cf. tamen Od. IV, 8. et prae ceteris locis omnibus A. P. 269.

„vos exemplaria Graeca
Nocturna versate manu, versate diurna."

70) cf. Suet. Vit. §. 1. et quae ibidem vv. dd. —

71) sc. Epist. II, 2, 45. 46., ubi Noster:
„Dura sed amovere loco me tempora grato,
Civilisque rudem belli tulit aestus in arma."

72) Notissimus quoque est Messala ille, de quo Plutarchus: —. (c. LIII.) αὐτὸν δὲ τὸν Μεσσάλαν λέγουσιν ὕστερον ἐπαινούμενον ὑπὸ Καίσαρος, ὅτι, καίπερ ἐν Φιλίπποις πολεμιώτατος αὐτοῖς γενόμενος διὰ Βροῦτον, ἐν Ἀκτίῳ προθυμότατον ἑαυτὸν παρέσχεν. „Ἐγώ σοι, φάναι, ὦ Καῖσαρ, ἀεὶ τῆς βελτίονος καὶ δικαιοτέρας τιμῆς καὶ μερίδος ἐγενόμην —

73) Tiberius Cremutium Cordum, poetam, qui Brutum et Cassium ultimos nominaverat Romanos, interfici jussit. cf. Tacit. Annal. IV, 34—36.

Quid multa? Anno aetatis Nostri vicesimo et primo interfectus est Julius Caesar, qui tamen, sicuti vivus cuncta terrarum armis sibi subjecerat, ita mortuus nullam Romani imperii provinciam[74]) ruinae suae expertem reliquit. Dissidet nimirum a plebe virtus! Primo quidem, necatum essè dictatorem, omnes Romae libenter audire, paulo post rem animo tam aequo tractare, ut Cicero jam qnestus sit[75]): „mihi quidem, quo ea laetiora sunt, eo plus stomachi et molestiae est, populum Romanum manus suas non in defendenda republica, sed in plaudendo consumere.“ Quid? Rei publicae libertatisque ultores nominantur jam patris patriae interfectores; et sacerdotes denique cum tempestates tonitruaque Deorum ex odiis profectas ostendunt, jam adest Antonius[76]) ille, qui, nulla repudiata via nulloque adjumento, plebeculae sentinas sibi alliciat[77]), ac nova civitati vincula paret. Quemnam potuit tum, rebus ita adflictis, adire locum Brutus[78]), vir literis admodum eruditus? Athenas profectus est, eruditorum hominum urbem primariam.

74) Totum per imperium Romanum interfecto Caesare seditiones factas esse, eo minus miramur, quo plures adfuisse constat, qui solius Dictatoris audire vellent verbis.

75) sc. ad Att. Ep. XVI, 2. cf. et Or. pr. Sext. c. 74.

76) Ita potuit Cicero de Antonio scribere: — „incredibile est omnium civium, latronibus exceptis, odium in Antonium.“ — cf. Ep. ad Div. X, 5.

77) Judaeos, Caesari admodum fidos, inprimis tum in seditiones discessisse, constat. cf. Suet. Caes. 84. — Cic. ad Attic. XIV, 5. — (iidem Pompejo infestissimi erant.)

78) Eruditissimum literis Brutum fuisse, e vita ejus Plutarchi facile poteris cognoscere. cf. cap. XXIV. XXV. XXXVI.

Tradunt nimirum haud pauci [79]), profectum esse Brutum Athenas, de literis modo, nec vero de bello cogitantem. At sunt quoque, qui, politices eum [80]) solius rei causa Athenas petiisse, arbitrentur, profectis scilicet ad acquirendas sibi Graeciae totius civitates jam ante eam in urbem multis aliis; id vero unde noverint, vix unquam reperies, quum, non parva illum viri privati in solitudine, sed ovantis ad instar Athenas intrasse, solummodo addant. Viro autem, quem infestissimi ipsi hostes tanti aestimabant [81]), quanti vix ullum, ab Atheniensibus quoque magnos habitos esse honores, quid est, quod miremur? Ceteroqui facile concedamus, Theomnesti ac Cratippi gratia Brutum patriae non immemorem factum esse. Digladientur vero viri docti; ad rem potius addamus, necesse est, conciliasse sibi Brutum mansuetudine morum ingeniique magnitudine animos, sicuti Atheniensium omnium, ita juvenum prae ceteris, qui inter illos tum commorabantur, Romanorum. —

---

79) Vult e. c. id ex Vita Plutarchi colligere „Waidlein in: Brutus und seine Unternehmungen. Manh. 1796. 8. — (p. 34.)

80) Masson. l. l. p. 44 — 54. ea de re, ut solet ille vir doctissimus, tam multus est, ut legi vix queant loci laudati. Lectu memoratuque dignissima quaeque inde hausere Jani, Mitscherl., Preiss., Wetzel., recentioresque omnes, eaque reperies in edd. eorum ad Epist. II, 2, 45. — cf. Vit. Suet. §. 1. ed. quae ad eandem. vv. dd. —

81) Certissimum ea de re exhibet judicium Plut. Vit. cap. XXIX., ubi: Βροῦτον δὲ λέγουσι δι᾽ ἀρετὴν φιλεῖσθαι μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν, ἐρᾶσθαι δ᾽ ὑπὸ τῶν φίλων, θαυμάζεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν ἀρίστων, μισεῖσθαι δὲ μηδ᾽ ὑπὸ τῶν πολεμίων. ὅτι πρᾶος ὁ ἀνὴρ διαφερόντως, καὶ μεγαλόφρων, καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ ἡδονὴν καὶ πλεονεξίαν ἀπαθὴς, ὄρθιον δὲ τὴν γνώμην καὶ ἄκαμπτον ἑστῶσαν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου διαφυλάττων. — quocum cf. cap. 25 et 26.

Ex his vero et Nostrum fuisse, inter eruditos constat. Quid? Petere Brutus Horatium, ad defendendam rem publicam evocare, post maximi habere. Audisse ejus verbis juvenem Venusinum, sub eo meruisse, strenue omnia gessisse, periculosissima quaeque adiisse, quin contendamus, non est, quod dubitemus. Ita enim advolavere tum [82]) omnibus ex imperii Romani partibus nobilissimi quique, vel Antonium Octaviumque fugientes, vel petituri castra Brutii atque Cassii, ut, quos cohortibus ac legionibus praeficerent, nunquam illi non haberent, ii vero, inferiori qui loco nati essent, virtute sola, rebusque bene gestis, summos castrorum honores nancisci possent. Maximi igitur habemus, quod appellatus sit Noster legionis [83]) tribunus, miramurque, quomodo tantam potuerint viri docti perdere operam in refutandis iis [84]), qui, ignaviam poetae Ve-

---

82) Ita potuit Cicero scribere: — „Mirabiliter populus Romanus universus et omnium generum ordinumque consensus ad liberandam rem publicam conspiravit.“ — et: „Romae delectus habetur, totaque Italia, si hic delectus appellandus est, cum ultro se offerunt omnes: tantus ardor occupavit animos hominum desiderio libertatis, odioque diutinae servitutis.“ — sc. Epist. ad Div. X, 12. XI, 8. — vid. et Wieland. introd. in Ep. II, 1. et Lessingii l. s. l. — et inpr. quae ea de re exhib. v. cl. Ommerenius l. s. l. —

83) Adfuisse quoque, qui, tribunum plebis Nostrum sub Bruto fuisse, censerent, miraberis quidem, reperies tamen Xylandri in proll. p. 36. —

84) Plurimi ea de re fuere: Lessing. in libro suo „Rettungen des Horaz.“ — Ommeren. in l. s. „Horaz als Mensch und Bürger.“ Klotzius in vindiciis illis Horatii, quas praecipue in Harduinum, virum ineptiis satis plenum, haud parva industria usus, exhibuit. — vid. et Wielandii introd. ad Ep. II, 1.

nusini ipsius ex operum locis [85] variis conspici posse, temere arbitrabantur. Nam immolatis ad Philippos Bruto Cassioque ducibus, probissimi quique ac fortissimi vel turpe [86] mento solum tetigere, vel terga in fugam vertere. — Sed victis fugatisque redeundi veniam dedere [87] triumviri. Ea usus, redux Romam et Flaccus noster factus est [88] anno aetatis vicesimo et quarto; numme vero, ante ac ad litora exoptata adpelleretur, Palinuri ad promontorium [89], multi ut volunt, naufragii periculis prensus, an a patre, alii ut tradunt, morti proximo, accitus sit, parum liquet. Id modo constat, offendisse eum patrem mortuum. Verum inde qui colligunt, triumvirorum jussu illum filii tribunatus causa necatum esse, fontem, ex quo id hauserint [90], Rhadamanto certe denominabunt.

---

85) cf. Od. II, 7, 9—14. cf. Lessingii lib. s. l.

86) cf. Od. II, 7, 11. —

87) Facile indulgere potuisse triumviros victis, dulcissime commemorat Seneca in l. I. c. 10. de Clement., ubi: — „Ignovit abavus tuus (Augustus) victis, nam si non ignovisset, quibus imperasset?"

88) — cf. Masson. Vit. Hor. aet. ann. XXIV et XXV. — quem sequuntur recentiores omnes. — vid. et Suet. Vit. §. 1. et 2.

89) — Ob id sc., quod Noster Od. III, 4, 25—29. canit:

Vestris amicum fontibus et choris,
Non me Philippis versa acies retro,
Devota non exstinxit arbos,
Nec Sicula Palinurus unda. —

inde a Scholiasta vetere ad hodiernum usque diem omnes fere dicunt, periclitatum esse Poetam in reditu.

90) e. c. Tanaq. Faber, qui in navem, qua rediit Noster, factam quoque esse censet Od. I, 14. —

Ipse poeta[91]) modo:

„Unde simul primum me dimisere Philippi,
Decisis humilem pennis, inopemque paterni
Et laris et fundi“:

ex quo, perditum ivisse[92]) mortui patris praediolum, verisimillimum quidem fit iis, qui, vivo illo idem venditum esse, negant, quamvis, Virgilio cur agrum Augustus ademtum reddiderit, Horatio non dederit, intelligere nequeamus. — Sed quidquid ejus rei sit, aliter certe, ac Athenis cum proficisceretur, res Nostri Romae sese habuisse videntur. Inter Athenienses enim quum, patris adjutus opibus, primum jam vitam commode degere potuisset, Bruti deinde amicitia, summisque castrorum honoribus, nec non urbana morum comitate nemini non commendabatur. Romam vero redux factus, proscriptis, ut tradunt viri docti, adnumeratus, patrioque fundo orbatus, a nullis forsan, nisi quibus Brutiani tribuni mores explorandi essent, multi habebatur. Quo factum est, ut, qui legionis tribunus paulo ante nominatus esset, ad sustentandam vitam scribatum sibi Quaestorium compararet. Viri enim doctissimi quique[93]) quum, Suetonium scilicet, Nostrumque[94]), nisi fal-

---

91) cf. Epist. II, 2, 48—52.

92) Massonii adponam hic quaedam verba; etenim in V. I. p. 68. habet ille v. d.: „Igitur Legionis Tribunatu, quo Libertini filius non nisi extra morem ornari potuit, amisso, Noster tanquam alter Icarus decisis pennis, ex alto dejectus aethere, in infimam egestatem incidit. Unde facile colligimus, patrem, dum filius militaret, mortem obiisse. Ille enim si superstes fuisset, tum, uti et antea, potuisset filium ex sui muneris mercede sublevare. Patre autem mortuo cum et hoc victus medium esset praecisum, nullum amplius ab illo supererat; quippe qui nec aedes, nec fundum moriens reliquerat, quorum filius fieret haeres.

luntur, ipsum sequuti, ea de re certissimi esse videantur, qui possimus nos non assentiri? — Verum ne haec quidem omnia, adversa quamvis fuissent atque adflicta, perniciei Horatio fuere, imo ad altiora semper eum produxere. Ipse [95]) enim verbis, modo laudatis, addit:

„paupertas impulit audax,
Ut versus facerem."

nec vero, *quo inde* [96]) panem quaereret, sed, bene ut monent viri docti, *quo elucesceret ac sibi compararet patronos.* Nimirum poetam nostrum [97]), ante ac Romam revertisset, poemata jam composuisse, supra, quum, graecos quoque eum versus fecisse, commemoraremus, satis demonstrasse nobis videmur. — Eorum vero operum, quae ad nos usque venere, nullum certe viris doctis [98]) ante id temporis compositum esse videtur, quo e Graecia

93) cf. Vit. Suet. §. 1. et quae ibidem vv. dd.

94) cf. Sat. II, 6, 36. — vid. et ad h. l. sentt. vv. dd., inprimis Wielandii.

95) cf. sc. Epist. II, 2, 52.

96) ita Jani in vita ad annos digesta p. LXXXIX., quem sequuti eadem verba (lat. et germ.) repetunt Mitscherl. et Preiss. ad eundem locum. —

97) Multorum sententia, Nostrum ante Sat. I, 7. ne versum quidem composuisse, ineptius quid nunquam legimus. —

98) — Exhibuit ea de re Masson. in l. l. p. 69.: — „Notare est, Horatium, nonnisi post suum a Phil. pugna reditum, Camoenis litasse, cum illi admodum egeno nihil, praeter ingenium, superesset. Tum primum paupertas impulit audax, ut versus faceret. Unde liquet, nullum ex ejus poematiis esse superioribus annis assignandum; secus ac nonnullis visum est eruditis viris, qui, haud satis animum ad hunc locum advertentes, hac in re graviter peccarunt. Proinde ad annum vitae XXIV — XXV. vitae alliganda nobis videtur Sat. I, 7. quae juvenile ingenium, ni fallimur, sapit.

Graecia in Italiam Nostrum rediisse arbitrantur. Illa sola Satira, quam in Rupilii et Persii rixam Horatius exhibuit, juvenilis aetatis vestigia interpretibus prae se ferre videtur tam perspicua, ut, Ver Sacrum poetae Venusini eandem nominare non dubitent. Illi enim, qui secundum quoque primi libri carmen [99]) vicesimo jam et primo aetatis anno a Nostro publici juris factum esse censent, ineptius quid ne cogitare quidem potuisse nobis videntur. — Potuisse [100]) vero Horatium poematibus suis Romae elucescere sibique patronos comparare, quis est, qui miretur? Verum id, quod a radicibus [101]) Parnassi, ut ita dicamus, ad summa ejus vestigia celerrimo cursu perveniret, Romaeque commendaretur a viris, rei poeticae prorsus gnaris, summi semper ab interpretibus habebatur momenti. Illorum primi fuere, ipse teste Poeta [102]), Virgilius atque Varius, abs quibus anno aetatis, ut tradunt [103]), vicesimo circiter et sexto, Maccenati quidem, qui, Caesaris Octaviani rebus consulturus, eruditorum hominum diligentem et urbanum diu jam se gesserat patronum, ita commendatus est noster [104]),

99) cf. quae ad eandem sat. interpr. s. l. — vid. quoque, quae obven. in tabb. chronol. addit. —

100) — Errant longe plurimi in eo, quod in Horatio solum conspiciant poetam, qui, mox Maecenati, mox Augusto placiturus, sua ad lucem ediderit poemata. O, qui fit, Flacce, ut nos non videamus, te fuisse et hominem probissimum et civem optimum?

101) cf. quae viri docti ad Sat. 1, 6, 55. — vid. et sub §§. 3. 4. 5. 6. cet. Vit. Suet. sentt. vv. dd.

102) cf. Sat. 1, 7, 54—62. et quae ad h. l. vv. dd., quorum sentt. vid. etiam sub §. 3.

103) Masson. in l. l. ad ann. poet. XXVI., quem sequuntur inter recentiores Valart., Jani., Mitscherl., Preiss., Vanderbourg. etc. —

104) cf. Vit. Suet. §. 3. et quae ibidem vv. dd.

ut amicorum in numerum paulo post ab eo reciperetur. Sed ipsum poetam loquentem hic [105]) introducamus.

„Nunc ad me redeo, libertino patre natum,
Quem rodunt omnes libertino patre natum:
Nunc, quia sim tibi, Maecenas, convictor; at olim,
Quod mihi pareret legio Romana tribuno.
Dissimile hoc illi est: quia non, ut forsit, honorem
Jure mihi invideat quivis, ita te quoque amicum;
Praesertim cautum dignos assumere, prava
Ambitione procul. Felicem dicere non hoc
Me possum, casu quod te sortitus amicum;
Nulla etenim mihi te fors obtulit: optimus olim
Virgilius, post hunc Varius, dixere, quid essem.
Ut veni coram: singultim pauca locutus
(Infans namque pudor prohibebat plura profari)
Non ego me claro natum patre, non ego circum
Me Satureiano vectari rura caballo,
Sed, quod eram, narro. Respondes, ut tuus est mos,
Pauca. Abeo; et revocas nono post mense, jubesque
Esse in amicorum numero. Magnum hoc ego duco,
Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum,
Non patre praeclaro, sed vita et pectore puro."

Qui versus interpretibus imaginem egregii viri tam pulchre depictam continere videntur, ut, immortalem iisdem Maecenatem factum esse quin dicant, prorsus non dubitent. Sua enim omnia [106]) seque fere ipsum Maecenati Nostrum debuisse,

105) cf. Sat. I, 6, 45—64. et quae ad eum locum exhib. vv. dd. — Item cf. Od. III, 16. — vid. et Masson. Vit. Hor. p. 70—72.

106) Ita ipse noster Epod. I, 31—34.
Satis superque me benignitas tua
Ditavit. Haud paravero,

exinde colligunt, quod vir ille liberalis villa eum non modo donasset, sed ita in eum omnino se gessisset, ut, ad tranquillam quietamque vitam quae pertinerent, satis accumulata ei fuissent [107]). Quibus quidem non assentiri eo minus conamur, quo saepius evocaverint viri docti, se non satis sibi videri fortes, Maecenatem qui pie laudent ob id, quod servaverit posteris poetam, ceteris omnibus facile majorem. Commemoremus tamen, necesse est, fuisse quoque [108]) haud paucos, qui laudes illas, quibus Maecenatem poeta noster ad sidera usque etulerit, grato ejus ex animo profectas esse, negarent, eumque vilem ob illas adulatorem nominarent. Quod quidem illi Rhadamanto probent. Nos satis habebimus, Suetonii omniumque

---

Quod aut avarus, ut Chremes, terra premam:
Discinctus aut perdam ut nepos.

et Od. II, 18, 11—14.

nihil supra
Deos lacesso; nec potentem amicum
Largiora flagito
Satis beatus unicis Sabinis.

inde forsan et eorum opinio, qui, vitam quoque Nostro per Maecenatem servatam esse, sibi volunt. cf. sub. §. 3. et 4. vit. Suet. —

107) Maecenatem primum fere a Wielandio nostro recte nobis depictum esse, neminem fugit. Eum recentiores fere omnes sequuti sunt. Nominamus prae ceteris viros doctissimas v. Ommeren., Haberfeldt., Mitsch., Jani, Preiss., Wetzel., Vanderbourg. — cf. et Masson. l. l. ad ann. aet. XXIV—XXV.

108) In refutandis illis summo opere versatus est Lessingius, in l. supra l. (Rettungen des Horaz, Opp. omn. T. III.) — cf. Od. I, 1. 20. II, 12. 17. III, 8. 16. 29. Epod. I. III. IX. XIV. Serm. I, 1. 6. Epist. I, 1. 7. 19. Od. IV, 11. III, 25. Epod. XII. — Quibus quidem poematibus omnibus perlectis ac intellectis, vix unquam putabis, vilis te legisse adulatoris verba.

paene recentiorum ea de re testimoniis addere id, quod Horatius non pio solum atque grato animo, sed illa [109]) quoque, inter probos viros et eruditos quae constare solet, amicitia Maecenati conjunctus fuisse nobis videatur. Testis est ejus rei ipse Poeta variis atque variis operum suorum locis. —

Villam ceterum illam anno circiter aetatis vicesimo et septimo donatam esse Nostro, viri docti [110]) ad unum censent.

Verum Maecenatis qui nominabatur amicus, ab Augusto vix potuit alienus esse. Anno vitae circiter vicesimo et septimo [111]) Horatius a Maecenate potentissimo illi orbis terrarum imperatori commendatus esse videtur. Quo factum est, ut, perspectis poetae nostri virtutibus, princeps ille summis non modo eum dignum haberet honoribus [112]), sed liberalis quoque et amici in eum animi specimina haud pauca exigeret. Quam vero imperatorem inter et Poetam consuetudinem tam male quidam interpretati sunt [113]), ut, laudi ac summae gloriae

---

109) — Wie sehr die offenherzige Vertraulichkeit, welche zwischen Mäcen und unserm Dichter statt fand, von der hohen Gnade eines vornehmen Pseudo-Maecenas gegen einen elenden Günstling verschieden gewesen sei, sieht man aus I. Od. XX. und III. Od. VIII. — Voluimus haec adscribere Ommerenii d. v. verba, usi versione Haberfeldtii. cf. ib. p. 71. —

110) sequuntur ea in re interpretes Massonium, qui de hoc anno vitae Nostri s. l. plurimus est. —

111) Idem Massonius hunc annum commemorat, eumque sequuntur Jani, Mitscherl., Wetzel., Preiss., Vanderbourg., ceterique recentiores omnes. — cf. et Vit. Suet. §. 3. et quae ibidem exhibita a viris doctis invenies. —

112) cf. Vit. Suet. §. 3. 5. 6. 7. 8. 9. etc., et quae ad ea loca vv. dd.

113) — Unum nominasse satis habebimus, Mercierum, qui, (adhibeamus, liceat, versionem Haberfeldtii ex praef. Ommerenii ad praelectiones

quod ducere debuissent, id crimini potius Nostro verterent et improbitati. Quid? Impudentem ac fastidiosum, nec non scelestum nefariumque Augusti adulatorem Flaccum nostrum permulti nominavere. Quaerenti vero tibi, quo tantum sibi ipsorum odium poeta Venusinus comparare potuerit, statim et audacter respondebunt, nunquam sese Horatio id crimini vertere non potuisse [114], quod, Augustum populo Romano libertatem, ante amissam, morumque castitatem, nec non apud exteros nominis gravitatem, reddidisse, canat, eundemque eam ob rem patriae patrem ac praesentem inter mortales Deum appellet. Sed voluere illi, ne, quae sibi proposuerant vituperanda, laudare deberent, ignari potius videri sive immemores ordinis illius, quem in legendis Horatii poematibus ubi neglexeris, perversa tibi omnia certe provenient. Hinc illae lacrimae. At nulli fere genti defuere viri docti, qui [115], Horatium defendentes, bene probarent, probum semper quemque habere probissimos quosque sibi amicos. — Horatium vero, ut Maecenati, ita et

suas de Horatio homine ac cive :) — „Was ist das verächtlichste auf der Welt? Ein Dichter an einem Hof ist es, der sein Genie in den Ton einer höchst sklavischen Unterwürfigkeit stimmt; der in Gedichten, die eben so erhaben, als kriechend sind, seine eigene Niederträchtigkeit unauslöschbar verewigt; der des wahren Ruhmes vergisst, weil er schändliche Bezahlung für den Gesang, den er feil hat, erbettelt; der einem Fürsten, den er verachtet, oder fürchtet, schmeichelt; der die Nachwelt zu betrügen sucht, weil er sich selbst nicht betrügen kann. — Dieser Mann, dieser verächtliche Dichter ist Horaz!" — u. s. w. — Quae, qualia, quanta : non volumus viro gallico rem crimini vertere: Horatium ne legisse quidem videtur; certe non intellexit. — cf. quoque vv. doctorum notas ad §§. Vit. Suet. 5—12. —

114) cf. Od. I, 2. 6. 12. 19. II, 9. 12. 15. III, 3. 4. 5. 6. 14. 25. IV, 2. 4. 5. 14. 15. Sat. II, 1. Epist. II, 1. — cf. et quae vv. dd. ad Vit. Suet. §. 13. — et quae vv. dd. ad Epist. II, 1, 1—4. —

Augusto magnam *in gratiam insinuatum* fuisse [116], summumque amborum in amicitia locum tenuisse, ex epistolis quoque illis, quae Suetonii in vita obveniunt, patere nobis videtur. Sed eandem amicitiam inde qui conspicere volunt [117], quod villam quoque, Tusculana in regione sitam, Augustus Nostro donaverit, unde id noverint, huc usque nondum probavere. Suetonium [118] potius sequamur, necesse est, qui, — „scripta Horatii Augustum usque adeo probasse, mansuraque perpetuo opinatum esse, ut non modo saeculare carmen componendum injunxerit, sed et Vindelicam victoriam Tiberii Drusique privignorum suorum, eundemque coegerit, propter hoc, tribus carminum libris ex longo intervallo quartum addere," — tradens, rectius nobis indicare videtur, quae amicitiae specimina princeps ille Flacco exhibuerit. Laudent tamen, licet, alii rem aliter; ipse enim Suetonius [119], — „unaque et altera liberalitate Augustum Poetam nostrum locupletasse", — verbis illis addit. Item et eo haerent viri docti, duas numne possedisse Nostrum

115) Nominemus, liceat, prae ceteris opera, quae edidere: „Lessing., Rettungen des Horaz" opp. omn. T. III.: „Wieland., singulas in satiras et epistolas introductiones:" „door R. v. Ommeren, Rector van het Gymnasium te Amsterdam 1789. Q. H. Flaccus." — „Vanderbourg., v. Cl., in opp. Lyr. 1812. 13.," qui tamen Mitscherl. et Weitzel. editiones saepissime sequitur.

116) cf. Vit. Suet. §. 3.

117) in iis est Preissii quoque sent., quae res eo magis mira nobis videtur, quo certius alias hic vir Jani editionem sequi solet. —

118) cf. §. 10. Vit. Suet.

119) sc. §. 9. Vit. Suet. — Ibidem vide, quomodo verterint ac interpretati sint Dacierus et Vanderbourgius verba: „unaque et altera liberalitate eum locupletavit": quippe cum uterque ea in re mihi nimis anxie versari videatur. — Locum totum non Suetonii, sed descriptoris cujusdam esse, vult Massonius ad ann. vit. Hor. XXVII et XXVIII. —

villas censeant [120]), an unam modo: Sabina enim et Tiburtina commemorantur. De ea re vero plura disserere quum hic locus non sit, id solum addamus, quod Suetonii [121]) non modo testimonio, sed variis quoque ipsius poetae [122]) operum locis liquere nobis videatur, vixisse Nostrum libenter admodum in ruris secessu, ac degisse ibi, hominum a coetu remotum, vitam, ut ita dicamus, vere philosophicam [123]).

Satis enim cum factus esset opulentus, qui otio exoptatissimo gauderet, amicos ad se nonnunquam vocaret, per silvas ac prata praedii sui poetarum ad modum ambularet, nullisque rebus publicis implicaretur, nihil Nostrum, quominus et sibi, et aequalibus, et posteris viveret, impediisse, pro certo habemus. Ex eo enim, quod totum se literis addixisset, iisque praesertim, quae, humanas aeque ac divinas res quia nos docent, philosophicae nominantur, factum erat, ut aequalium mores poematibus suis ad melius vertere, tantumque his inflare posset divinitatis spiritum, ut, omnibus quoque a posteris immortalia ea habitum iri, nemo non arbitretur.

120) cf. quae ea de re ad §. 18. Vit. Suit. exhib. viri dd., inprimis Feae sententiam.

121) §. Vit. 18. —

122) cf. inpr. Epist. I, 16, 5 etc. —

123) adponamus, liceat, Jani, v. dsmi, verba quaedam. (in ed. T. I. Cl.) — A philosophia vitae etiam magnum virum agnoscamus. Nihili faciebat potentiam, magnificentiam, opes, gloriae inanis ac divitiarum splendorem, omnemque illam felicitatem, ad quam videret aetatis suae homines adspirare, in quorum studia cum lento risu despiciebat excelsus ejus animus. Beatum eum faciebat Ἡδονή Epicuri, h. temperata illa animi compositio, tranquillitatem et otium summi boni loco habens, cupiditates coercens, nihil admirans, i. nil cupiens, nil metuens admodum, sectans mediocritatis in vita privata securissimum et tutissimum statum, rebus suis, etiam parvis, gaudens, hilariter fruens praesentibus, undique decerpens jucunditatis flores, de futuris non anxia, curis omnibus inimica, non pendens a rebus externis, nec foris quaerens felicitatem, sed intus, ubi natura offert. Eam excelsam ac nobilem sapientiam, cujus ipse exemplum erat, pulcherrimis carminibus cecinit, atque amicis etiam, quibus opus videret, commendavit Horatius. — etcm. — cf. quoque Georgii Fabricii Chemnicensis praef. de Horatio ejusque scriptis, nec non quae ea de re exhib. Ommeren., Wieland., Preiss., Vanderbourgius etc. —

Ea omnia vero quamquam ita sunt, multi tamen aderant [124]), qui, decolorandae forsan virtutis aliorum cupidiores, Nostro id etiam crimini verterent, quod, nec infirmus nimis, nec opibus destitus, uxorem ducere noluisset. Difficile est dictu, quam diversae ea de re sint interpretum sententiae. In eo tamen consentiunt plurimi [125]), fugisse Horatium uxorem, quo certius liberiusque peteret puellas. Sed iis cum saepius jam, nisi fallimur, ac par esset, a viris doctis responsum sit, nos ne verbum quidem amplius perdamus. Poetam vero nostrum iniqua admodum corporis valetudine laborasse quum constet [126]), non dubitamus, quin ex eo, quod annorum vitae numerum compleverit satis magnum, colligamus, virtutis viam prudentiaeque nunquam eum deseruisse. *Triste* enim illud ubi exceperis *lignum, caducum in domini caput immerentis* [127]), vitae pericula vera non modo non conspexisse, sed ita omnino vixisse poetam nostrum viri docti tradunt, ut, corpore quamvis valido ac robusto non gauderet, forti tamen et hilari animo canere posset [128]), *die sibi diem trudi, novasque pergere interire lunas.*

Verum,

124) Haerent sc. vv. dd. in loco Suetonii vitae, §. 16. qui insequitur, de re Venerea. Quibus tamen in refutandis Lessingius noster (l. l.) tam prospere versatus est, ut, quomodo ex recentioribus magnam multi perdere potuerint ea in re operam, non possimus non mirari. — Notissimi suis ineptiis ceterum sunt, sit verbis venia, Groschuffius ille, ac Millerus, nec non Langius et Saidlerus, Argentorati qui scripsit. —

125) Commemorantur vel a Massonio, qui scilicet in collaudandis ac probandis locorum varietatibus et similitudinibus tam cupide versatur, ut poetam haud raro prorsus non intelligat, Variae Nostri Amasiae, nempe: Barine, Chloë, Chloris, Cynara, Galathea, Glycera, Inachia, Lalage, Lyce, Lyde, Lydia, Myrtale, Neaera, Phyllis, Phryne, Pholoe, Tyndaris etc. (cf. l. l. p. 332.) — En! adest ipse „Don Juan", et in Hispania mille et tres. — ne ride lector! —

126) cf. Epist. I, 8, 4. 5. 9. —

127) — cf. Od. II, 13. — Quae res dulcissimum sine dubio peperit errorem typographicum. Seizii enim in libello, qui de vita Nostri ann. 1815. Norimbergae prodiit, leges p. 61. „Horaz gedenkt auch eines Bauers, der ihm beinahe erschlagen:" posita sc. voce „BAUER", pr. BAUM.

128) cf. Od. II, 18, 15—16. — sed vid. et Vit. Suet. §§. 14—17., et quae ibidem monent. vv. dd. — cf. et Serm. II, 3, 308. Epist. I, 4.

Verum, omnia, ad rem quae spectent nobis propositam, cum in judicium nunc a nobis vocata esse videantur, commentandi hic, ne nimis multi fiamus, finis esto. Jii enim [129], qui ad dies sibi enarratam cupiant poetae Venusini vitam, cum tabulas praesto habebunt, de poematum singulorum aetate additas, tum audiant, precamur, brevissimum ea de re viri docti cujusdam [130] judicium, qui, contemplando Flaccum vitam suam consumsisse, ait, et audiendo, atque legendo. Fac ergo, lector, evolvas ipsa poetae nostri opera, et, quî, vitam contemplando, audiendo legendoque consumserit, facile reperies.

Decessit [131] Q. H. Flaccus V. Kal. Dec. Cajo Martio Censorino et Asinio Gallo consulibus, a. u. c. DCCXLVI, a. vitae septimo et quinquagesimo. Humatum eum et conditum esse, addit Suetonius, extremis Esquiliis juxta Maecenatis tumulum, — qui quidem paulo ante obierat. — Voluere quidam, vivo Nostrum Maecenate mortuum esse; qui tamen [132], probari id cum nequeat, pulcerrimum illud, quo fidum se ac perpetuum Maecenati poeta noster addixerat comitem, juramentum, utinam in dubium non vocassent. Inde enim jam, quod Augustum, nec vero Maecenatem ab Horatio haeredem relictum esse legimus, res nobis satis patere videtur.

Vale, lector benevole, ac Nostro, mihique, si poteris, fave.

---

129) Difficile est dictu, quanta opera quantoque studio in invenienda poematum singulorum aetate versatus sit Massonius in libro saepe laudato. Quin, tot profert aliorum sententias, ac tot, quibus ad eas refutandas nitatur, argumenta, ut, quid sibi velit, saepius vix possit intelligi. Rodellii sententias praesertim addidi, quoniam in singula paene quavis pagina a Massonio laudantur.

130) vid. Herder zerstr. Bl. T. III, p. 222.

131) De variis, qui nominantur, mortis Nostri, annis quae viri dd. protulerint, vid. ad. §. 21. Vit. Suet., ipse qui errat. Addimus modo, nominari in vita ex ed. Locheri Venet. 1498. mortis annum vitae 44, collaudato loco Epist. I, 20.

Forte meum si quis te percontabitur aevum,
Me quater undenos sciat implevisse Decembres,
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Ea, ipse Noster illi dixerat, quo mortuus esset anno. Ὦ ζεῦ! —

132) sq. Od. II, 17. —

Tabulae
de aetatae singulorum

Ann. U. C.	Ann. Chr.	Ann. Hor.	Rodellii	Dacieri	Massonii	Bentleii	Valarti	Wielandii
710	44	21/22	— —	— —	— —	— —	— —	— —
711	43	22/23	— —	— —	— —	— —	— —	— —
712	42	23/24	Od. I, 14. Sat. I, 7.	Sat. I, 7.	— —	— —	Sat. I, 7.	— —
713	41	24/25	Od. I, 2.	Od. I, 24.	Od. I, 14. Sat. I, 7.	— —	Od. I, 4. 8. 9. 10. 11. Sat. II, 2.	— —
714	40	25/26	Sat. I, 5.	— —	— —	— —	Od. I, 18. 22. 27. Sat. I, 9. II, 4. Epod. II.	— —
715	39	26/27	— —	Sat. I, 5.	Od. II, 1. 7.	Sermonum	Od. II, 7. Ep. VIII. X. XII.	— —

chronologicae Horatii poematum.

Jani	Mitscherl.	Preissii	Vanderb.	Variorum
— —	— —	— —	— —	Od. I, 2. 16. 28. Sat. I, 7.
— —	— —	— —	— —	Od. I, 2. 28. Sat. I, 7.
— —	— —	— —	— —	Od. I, 2. 14. 16. 28. Sat. I, 7.
Sat. I, 7.	Sat. I, 7.	— —	Ep. XVI. a. u. 712 — 714.	Od. I, 2. 4. 8. 16. 28. Sat. I, 7. II, 2.
— —	— —	Sat. I, 7.	— —	Od. I, 7. 11. 18. 27. Sat. I, 5. 7. Epod. II. XVI.
Od. II, 7.	Od. II, 7.	— —	Epod. IV.	Od. I, 26. 28. II, 1. 5. 7. 11. Epod. VIII. XII. XVI.

A. U. C.	A. Chr.	A. Hor.	Rodellii	Dacieri	Massonii	Bentleii	Valarti	Wielandii
716	38	27/28	— —	— —	— —	*liber primus.*	Od. I, 7. 14. 33. 38. II, 8. 18. Ep. VI.	— —
717	37	28/29	— —	— —	Sat. I, 5.		Od. III, 11. 12. IV, 8. Sat. I, 1. 5.	Sat. I, 5. 10.
718	36	29/30	Ep. VII. XVI.	Ep. VII.	— —	— —	Od. I, 5. II, 19. III, 17. 22. IV, 7. Epod. XI.	*Serm. lib. prim.*
719	35	30/31	Od. I, 35. II, 1. III, 4. 6. Ep. IV.	Ep. IV.	— —	— —	Od. I, 34. III, 13. 15. 18. 23.	— —
720	34	31/32	Sat. II, 2. 6.	Od. II, 7.	— —	*Sermonum*	Od. I, 20. Sat. II, 3.	— —

Jani	Mitscherl.	Preissii	Vanderb.	Variorum
Epod. IV.	Epod. IV.	Od. I, 17. 18. II, 7. Epod. IV.	— —	Od. I, 7. 17. 18. 33. II, 7. 8. Epod. IV. VIII. XVI.
Sat. I, 5.	Sat. I, 5.	Od. I, 5. 13. 22. 23. II, 8. III, 9. 10. 11. 12. 13. I, 25. Epod. V. XVII. (circ.)	— —	Od. I, 5. 7. 13. 18. 23. 33. II, 7. 8. III, 9. 12. 13. IV, 8. Ep. V. XVII. Sat. I, 5. 10.
— —	— —	— —	Od. II, 7.	Od. I, 5. 7. 17. 25. 33. II, 7. 19. III, 12. 19. IV, 7. 8. Epod. XI. XVII.
— —	— —	— —	Od. II, 6.	Od. I, 25. 33. 34. 35. II, 1. 19. III, 4. 15. 19. IV, 8. Epod. IV. XI.
— —	— —	— —	— —	Od. I, 34. 35. II, 7. 19. III, 19. Sat. II, 2. 3. 5. 6.

A. U. C.	A. Chr.	A. Hor.	Rodellii	Dacieri	Massonii	Bentleii	Valarti	Wielandii
721	33	32/33	Sat.II,3.	— —	Od. I, 9. 35. III, 4. 21. Ep. XIII. Sat.II, 3.	*liber secundus*	Od. II, 16. III, 28. Ep. VII.	Sat.II,3.
722	32	33/34	Od. I, 7.	Sat. II, 4. 6.	Od. I, 7. Ep. VII. XVI.		Od.I,15. II,14. III, 7. 9. Ep. XIII.	— —
723	31	34/35	Od. I, 6. III, 21. Epod. I. IX. Sat. II, 5.	Ep.XVI.	Od.I,33. II,3. Ep. I. IX. Sat.II,6. Ep. I, 4.	*Epodon liber*	Ep.I.IX. XVI. Sat. I, 2. II, 6.	— —
724	30	35/36	Od.I,26. 37. II, 2. 10. III, 6. 8. Sat. I, 10.	Ep.I.IX.	Od.I,37. Sat. I, 10.	—	Od.I,37. II, 2. 5. III, 20.	— —

Jani	Mitscherl.	Preissii	Vanderb.	Variorum
— —	— —	— —	Od. I, 14. 15. Epod. VII.	Od. I, 9. 15. 35. II, 7. 16. 19. III, 28. Epod. VII. XIII. Sat. II, 3.
Od. I, 7. Epod. VII. XVI.	Od. I, 4. 7. 14. Epod. VII. XVI.	Od. I, 7. 14. Epod. VII. XVI.	Od. I, 7. Epd. I. IX. (Od. III, 24. ante a. u. 723.)	Od. I, 7. 9. II, 7. Sat. II, 4. 6. Epod. VII. XIII. XVI. Od. I, 15. II, 14. Sat. II, 3.
Ep. I. IX. Sat. II, 6.	Epd. I. IX. Sat. II, 6. Od. I, 37. II, 3.	Epd. I. IX. II. Sat. 6.	Od. I, 37. (Od. II, 1. a. u. 715—723.)	Od. I, 6. 15. 33. 34. 37. Od. II, 1. 3. 7. 16. Epod. I. IV. IX. XVI. Sat. I, 2. 4. II, 6. Epist. I, 4.
Od. I, 37.	Od. I, 37. II, 6. IV, 5.	Od. I, 37.	Od. I, 21. II, 12. III, 6. 25. I, 8.	Od. I, 21. 26. II, 2. 10. 12. 16. III, 6. 8. 20. 25. Epod. IX. Sat. I, 10.

A. U. C.	A. Chr.	A. Hor.	Rodellii	Dacieri	Massonii	Bentleii	Valarti	Wielandii
725	29	36/37	Epist. II, 1.	Od. I, 6. 37.	Od. II, 10. 12.	*Carminum*	Od. I, 6. II, 1. 3. III, 25. Epod. XV. Sat. I, 8. Epist. I, 12.	— —
726	28	37/38	Od. I, 21, 31. III, 21.	Od. I, 12. III, 6.	Od. I, 31. Epd. IV.	*liber*	Od. I, 14. 31. II, 12. III, 6. Epd. XIV. Epist. I, 2.	— —
727	27	38/39	— —	Od. I, 2. 31. III, 3.	Od. I, 29. II, 6.	*primus.*	Od. I, 2. 19. 29. 35. Epd. III. IX.	— —
728	26	39/40	— —	Od. I, 35. II, 6. 16.	Od. II, 4.	— —	Od. IV, 3. 11. Epist. I, 16.	Epist. I, 12.
729	25	40/41	Epist. I, 6.	Od. II, 10. IV, 11. Epist. I, 2. 3. 4. 5. 8. 9. 10. II, 1.	Epist. I, 6.	*Carminum*	Od. II, 10. 20. III, 19.	— —

Jani	Mitscherl.	Preissii	Vanderb.	Variorum
— —	Od. II, 7.	Od. I, 6. 27.	Od. I, 31.	Od. I, 2. 6. 27. 37. Od. II, 1. 3. 7. 10. 12. Od. III, 8. 20. 25. Epod. XI. XV. Sat. I, 8. 10. Epist. I, 4. 12.
Od. I, 31. III, 6.	Od. I, 31. III, 6. Sat. I, 10.	Od. I, 31. III, 6.	Od. I, 35.	Od. I, 12. 14. 21. 27. 31. 35. 37. Od. II, 12. 16. III, 6. 21. Epod. IV. XIV. Sat. I, 10. Epist. I, 2. 4. 12.
Od. I, 35.	Od. I, 35. III, 14.	Od. I, 29. 35.	— —	Od. I, 2. 19. 21. 31. II, 6. Epod. III.
— —	— —	— —	Od. II, 4.	Od. I, 35. II, 4. 6. 16. Od. IV, 3. Epist. I, 12. 16.
Od. II, 4.	Od. II, 4.	Od. II, 4.	Od. I, 24. 29. III, 14. I, 12. 26. 36.	Od. I, 35. 29. II, 4. 10. III, 5. 8. IV, 11. Carminum lib. II. Epist. I, 2. 5. 8. 10.

A. U. C.	A. Chr.	A. Hor.	Rodellii	Dacieri	Massonii	Bentleii	Valarti	Wielandii
730	24	41/42	Od. I, 24. 29. III, 8. 14. 29.	Od. I, 26. 33. II, 4. III, 26.	Od. I, 18. 24. III, 14. Epst. I, 5. 18.	*lib. II.*	Od. I, 23. 24. 36. III, 14. Epst. I, 6.	— —
731	23	42/43	Od. I, 12.	Od. I, 29. 24. II, 12. III, 8. 14. I, 36.	Od. I, 12. 26. Epst. I, 7. 15.	*Carminum lib. III.*	Od. I, 25. 26. 12. II, 11. III, 30. Epst. I, 7. 9. 15.	— —
732	22	43/44	Od. I, 4.	Od. I, 36. II, 13. III, 19. 29.	Od. I, 2. III, 6. 9.		Od. I, 21. 28. III, 26. Epist. II, 2.	— —
733	21	44/45	Epist. I, 2.	Epist. I, 20.	Od III, 3. 29. Epst. I, 20.	— —	Od. II, 6. III, 3. 27. 29. Sat. II, 1. Epist. I, 3.	Epist. I, 20.
734	20	45/46	Od. I, 3. Epist. I, 3. 5. 8.	Od. I, 19. 30. II, 2. III, 4. Epist. I, 3.	Od. II, 2. 9. 11. 14. III, 8. Epist. I, 3. 8. 9. 12. II, 2.	— —	Od. II, 9. 13. Epst. I, 5. 8. 12. 18.	Epist. I, 18.

Jani	Mitscherl.	Preissii	Vanderb.	Variorum
Od. I, 24. 36. III, 14,	Od. I, 24. 25. 29. 36. III, 14.	Od. I, 36. III, 14. 24.	Od. I, 2. (I, 12. II, 2. ante a. u. 730.)	Od. I, 12. 24. 36. II, 4. 10. III, 8. 14. 23. 24. 26. 29. Epist. I, 5. 6. 18. Sat. I, 13.
Od. I, 12. 26.	Od. I, 12. 21. 25.	Od. I, 4. 12. 20. 21. 26. II, 13. 17.	(Od. II, 10. III, 19. ante a. u. 731.)	Carm. lib. II. Od. I, 12. 21. 24. 25. 29. 36. II, 11. 12. III, 3. 8. 14. 30. Sat. I, 4. 5. Epist. I, 7. 9. 15. 18.
Od. I, 2. Epist. I, 9.	Od. I, 2.	Od. I, 2. II, 2. 10. Epist. I, 9.	(Od. I, 6. II, 11. ante a. u. 732.)	Carm. lib. II. Od. I, 2. 4. II, 2. 10. 12. III, 6. 9. 19. 29. IV, 18. Epist. I, 9. II, 2.
Od. II, 13. III, 29.	Od. II, 13. III, 21. 29.	Od. II, 15. 18. 20. III, 1. 2. 3. 4. 6. 24. 29. Epist. I, 20.	Od. I, 3. 1. II, 9. 19. 20. III, 3. 29. (Od. I, 11. 20. 30. 32. 33. 34. 38. II, 3. 5. 8. 13. 14. 15. 16. 17. 18. ante a. u. 733.)	Od. I, 1. 3. 11. 34. II, 5. 13. 16. 17. 18. III, 3. 27. 29. IV, 18. Epod. XVI. Sat. II, 1. Epist. I, 3. 20.
— —	Od. II, 11. III, 6. 8.	Od. II, 11. 17. III, 8. Epist. I, 3. 8. 12.	Od. III, 5. 8.	Od. I, 2. 3. 19. II, 2. 9. 17. III, 4. 8. Sat. II, 1. Epist. I, 3. 5. 8. 12. II, 2.

A. U. C.	A. Chr.	A. Hor.	Rodellii	Dacieri	Massonii	Bentleii	Valarti	Wielandii
735	19	46/47	Od. II, 9. III, 1.2.3. 5. 25. 27. Epist. I, 12.	— —	Od. I, 3. 19. III, 5.	*Epist. liber primus.*	Od. I, 3. 20. III, 5. 8. Epod. XVII. — XVIII. Sat. I, 6.	— —
736	18	47/48	— —	Od. I, 3. II, 19. Sa. II, 5. Epist. I, 12	— —		Od. II, 15. Sat. I, 10. II, 7.	— —
737	17	48/49	Od. IV, 6. Carmen Saec.	Carmen Saecul.	Od. I, 21. IV, 6. Carmen Saec.	— —	Od. I, 32. IV, 6. 7. Carmen Saecul.	— —
738	16	49/50	— —	Od. I, 21. IV, 6. Epist. I, 13. II, 1.	Od, I, 4. IV, 1. 9. 10.	*Carm. liber quartus et*	Od. I, 16. IV, 10.	— —
739	15	50/51	Od. IV, 1.	Od. III, 1. IV, 1. 10.	Od. IV, 4.		Od. IV, 4. 9. 14. Epod. VI.	Epist. II, 3.

Jani	Mitscherl.	Preissii	Vanderb.	Variorum
Od. I, 3. 19. III, 5.	Od. I, 3. 19. II, 3. III, 5. IV, 12.	Od. I, 1. 3. 19. III, 5. 30.	— —	Od. I, 1. 3. 5. 19. 20. II, 2. III, 1. 5. 25. 30. IV, 5. Epod. XVIII. Sat. I, 1. 6. Epist. I, 8. 12. II, 2.
— —	Od. I, 35.	— —	Od. IV, 6. Carm. Saecul. (Od. III, 1. 2. 4. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 26. 27. 28. 30. ante a. u. 734 —736.	Od. I, 3. 35. II, 9. 15. IV, 5. 6. 12. Carmen Saeculare. Sat. I, 10. II, 5. Epist. I, 12.
Od. IV, 6. Carm. Saecul.	Od. IV, 6. Carm. Saecul.	Od. IV, 6. Carm. Saecul.	— —	Od. I, 3. 32. 35. II, 15. III, 28. 30. IV, 5. 6. 7. 12. Carmen Saeculare. Sat. I, 10. II, 5. 6. Epist. I, 10. 11. 12.
Od. IV, 1. 10.	Od. IV, 1. 2. 10.	Od. IV, 1. 10.	Od. IV, 1. 9.	Od. I, 21. 32. II, 15. III, 8. IV, 6. Carm. Saeculare. Epist. I, 8. 13.
Od. IV, 4.	Od. IV, 4.	Od. IV, 4. 14.	Od. IV, 5.	Od. III, 8. IV, 4. 6. 14. Epod. VI. Epist. II, 3.

Ann. U. C.	Ann. Chr.	Ann. Hor.	Rodellii	Dacieri	Massonii	Bentleii	Valarti	Wielandii
740	14	51/52	— —	— —	Od. IV, 2. 5.	*Carm. Saec.*	Od. IV, 2	— —
741	13	52/53	Od. IV, 2. 5. 14.	Od. IV, 2. 5.	— —	— —	Od. IV, 5. Epst. I, 1. 19.	— —
742	12	53/54	Od. IV, 4.	Epist. I, 7. 10.	Od. I, 6. IV, 14.	*Epist. lib. II. et Ars Poetica.*	Od.I, 17. Epist. I, 10.	— —
743	11	54/55	Epst. II, 2.	Od. IV, 15.	Od.II,17.		Od.II,17. Sat.II,8. Epist. I, 14. 17.	— —
744	10	55/56	Od. IV, 5. Epst. I, 13.	Epist. I, 18.	Od. IV, 15. Epst. II, 1.		Od. III, 4. IV,15. Epist. I, 13. II, 1.	— —
745	9	56/57	(A. P.?)	ArsPoetica.	— —	— —	(A. P.?)	— —

Jani	Mitscherl.	Preissii	Vanderb.	Variorum
— —	Od. IV, 5. II, 4.	Od. II, 4. IV, 5.	Od. IV, 2. 4. 14.	Carmen Saeculare. Epod. VI. Sat. II, 3. Epist. II, 2.
Od. IV, 14.	Od. IV, 14.	Od. IV, 14.	— —	Od. I, 6. IV, 2. 4. 5. 14. Epist. I, 19.
— —	— —	— —	— —	Od. I, 6. IV, 4. 5. 14. Epist. I, 7. 10. 19.
— —	— —	Epist. II, 1.	Od. IV, 15.	Od. II, 17. IV, 15. Epod. XVII. Sat. II, 8. Epist. I, 14. 15. 17. II, 1. 2. Ars Poetica.
Od. IV, 15. Epist. II, 1.	Od. IV, 15. Epist. II, 1.	— —	— —	Ars Poetica.
— —	— —	— —	(Od. IV, 3. 7. 8. 10. 11. 12. 13. et Ars poetica 736 — 745.)	Ars Poetica.

